

Evangelium infantiae vel Liber apogryphus de Infantia Servatoris

NOTÆ

In librum Apocryphum de infantia Servatoris.

PAg. 3. *In libro Josephi Pontificis.*
 Cave assentiaris Hinkelmanno, qui
 in præfatione nuperæ Alcorani edi-
 tioni præfixa asserit, locum hunc
 non contemnendum suppeditare ar-
 gumentum de antiquitate testimonii Josephi Chri-
 sto dati, *Antiq. Jud. l. xviii. c. 4.* Imo Jo-
 sephus hoc loco est Cajaphas, (quod patet ex
 iis, quæ statim sequuntur, Hinkelmanno in
 citatione hujus commatii præteritis) quem Chri-
 sti Servatoris nostri vitam descripsisse auctor huius
 libri cum aliis credidit. *Cajapham* vero *Jo-*
sephum quoque vocari, ut cæteros taceam, do-
 cet *Josephus Antiq. Jud. xviii. 3.* 'Ου πλείον
 καὶ τῷδε ἐνιαυτῷ τὴν πρὶν ἔχοντι διεγένετο χρί-
 στος, καὶ ἰωσήφ ὁ καὶ ἀφ' αὐτοῦ διάδοχος ἦν αὐτῷ.
Hic quoque, (Simonem Camithi filium intelli-
git) anno in dignitate exacto, jussus est eam ce-
dere Josepho, qui cognominabatur Cajaphas.
 Quod si vel maxime solum Josephi nomen hic
 occurreret, constaretque Flavium innui, ne sic
 quidem auctori tam insigniter fabuloso fides esset
 habenda: ut taceam, quæ hic citantur, toto cœ-
 lo differre ab iis, quæ supra dicto Josephi loco

leguntur. Cæterum desumferit ista Cajaphas ex hujusmodi archivis, qualia ipsi & Annæ & Gamalieli tradidisse dicitur Virbius ille Charinus in *Euangelio Nicodemi* circa finem.

Pag. 5. *Cum in cunis jaceret*. Fabellam antiquam de Christo infante statim locuto avide arripuit Mohammed, ejusque sequaces. Alcorani capite 111. 41. introducuntur angeli beatæ Mariæ de Christo ex ipsa nascituro prædicentes,

يَكَلِّمُ النَّاسَ فِي الْمَهْدِ *cum in cunis homines allocuturum*. Sic ex traditione refert *Kessæus*, insignis ille Mohammedanorum *μυθολόγος*: Zachariam, cum domi suæ non reperiret Mariam *τὴν θεοτόκον*, (quæ, ut partum suum celaret, noctu clanculum extra urbem processerat, sub palma ibi Christum paritura) misisse Josephum, sobrinum ejus, qui illam investigaret. Hic cum illam repertam alloqueretur, taceretque ipsa, pro matre Christum infantem in hæc verba respon-

diffisse : يَا يَوْسُفُ ابْشِرْ وَقَرِّ عَيْنَا وَطِبْ
نَفْسًا فَقَدْ اخْرَجَنِي اللَّهُ مِنْ ظُلُمَاتِ
الْبَطْنِ إِلَى ضَوْءِ الدُّنْيَا وَسَاقِي إِلَيَّ
بَنِي إِسْرَآئِيلَ وَادْعُوهُمْ إِلَى طَاعَةِ اللَّهِ
O Joseph, gaude, & latare, & bono esto ani-
mo!

mo! etenim eduxit me Deus ex tenebris uteri in lucem hujus mundi; & adibo filios Israël, eosque ad obedientiam Deo præstandam invitabo. Aliud exemplum suppeditat ipse Alcoranus, cap. xix. 28. & seqq. Nempe cum paulo post Maria, Christum infantem ulnis gestans, in urbem ad suos rediret, & adverso populi clamore exciperetur, dicentis: O Maria, rem miram affers! o soror Haronis, non fuit pater tuus vir malus, neque mater tua impudica; ipsa intento digito puerum illis monstrabat, quicum loquerentur. Illis vero reagentibus: Quomodo sermocinabimur cum puero in cunis jacente? inquit Jesus:

اني عبد الله انا الذي الكتاب
وجعلني نبيا وجعلني مباركا
ايضا كنت واوصاني بالصلاة
والزكاة ما رمت حيا وجرا
جوالدي ولم يجعلني جبارا شقيا
والسلام علي يوم ولدت ويوم اموت
Ego servus Dei sum, qui
librum (Euangelium) mihi dedit, meque prophetam constituit & ubique felicem; qui preces
mihi & elemosynas per omnem vitam observan-
das

das commendavit: fecit me pium erga genitricem meam, non vero superbum aut miserum; (miserum vocant Arabes hominem Deo immorigerum, explicante hic Gialaloddino laudatissimo Scholiaſte, ipſoque Keſſeo) & pax ſuper me die nativitatis & mortis, & die illo, quo ad vitam reſuſcitabor. Poſtrema hujus commatii verba apprime notanda ſunt contra Muſlimos, ſuo ſibi gladio jugulandos: qui, a Pſeudopropheta ſuo diſſentientes, Chriſtum crucifixum eſſe aut mortuum præfracte negant; cum ſine mortis interventu, cum dormiret, in cœlos ſublatus nugantes. Hæc ex Sunna Zamachſcharius, Gialalo'ddinus, Keſſeus, alii: ſed Sunnæ ſententias Mohammedi tribuere, idem eſt ac nugarum Talmudicarum cum Judæis Moſem ſtatueret auctorem. Qua de re alias prolixius. Vide interim Wernerii Compend. p. 31. 32. & Hottingeri Hiſt. Eccleſ. Tom. VII. pag. 413. & ſeqq. Sed ut ad Chriſti infantis ſermones revertamur, operoſe Mohammedem hoc nomine illi præfert Abunazarus, ſcriptor nugaciſſimus, quod is præſtantiora longe ſtatim a nativitate locutus ſit. Arabica auctoris verba leguntur in Hottingeri Hiſtor. Orient. l. I. c. VI. quæ ita vertit Hottingerus: Cum a matre avelleretur (Mohammed,) pronus concidit in vultum ſuum, ut Deo honoris cultum, incurvando ſe, deferret: proſternens autem ſe, dixit: O mater mea! Ele-

vato postea ab incurvatione capite suo, diserta lingua fatus est: Testor, quod

لا اله الا الله واني رسول الله

LA ILAH ILLA'LLAH

WAINNI RESUL ALLAH

non est Deus, nisi Deus; & ego sum Legatus Dei. Unde discimus, laudationem ejus laudatione Isa (super quibus sit pax) luculentior esse. Isa enim lingua quidem sua laudavit; at honoris exhibendi gratia se non incurvavit. Isa locutus fuit matri suae; at Propheta, super quo quo precatio divina & pax, locutus est Domino. Isa testatus est de eo, quod non haberet patrem; at Mohammed, super quo preces Dei & pax, testatus est se delectari in uno. Atque sic laudatio ejus fuit illustrior. Hæc quidem satis jam hyperbolica; sed neque hic substitit ventosus & tumens Asianorum genius, omnem mythologiam veterum poetarum, qui fabellas suas Milesias saltem carminum suavitate nobis commendaverunt, longe exsuperans. Kessæus enim cum legationem Gabrielis ad Mariam virginem, qualis cap. III. Alcorani exhibetur, enarrasset, addit Christum in utero matris esse locutum. Ipsa nugatoris verba accipe, فاخبرها جبرائيل

بكل اية تكون لعيسي فطابت نفسها
 عند ذلك علم بحملها ابن خالها
 يوسف النجار ثم قال لها معترضا
 يا مريم هل ثبت في الارض
 زرا بغير دزار قالت له الم تعلم
 ان الله اثبت الزرع يوم خلق من
 غير دزار قال صدق من اين لك
 هذا الولد ومن ابوه قالت هذا
 هدية الله وموهبته لي ومثله كمثله
 ادم خلقه الله من تراب ثم قال
 له كن فكان ^{هو} قال فنطق عيسي
 من بطن امه وقال يا يوسف ما هذه
 الامثال التي تضربها الان قم وانطلق
 الي عبادتك واستغفر لذنوبك مما
 وقع في باطنك فقام يوسف حتي
 دخل علي زكريا واخبره بذلك
 فاغتم

فاغتتم زكريا وقال لامرأته ان مريم
 حاملت وليس لها زوج واني اخشي من
 فساق بني اسرائيل ان يتهموا من
 اجل يوسف فقالت له امرأته استعن
 بالله وتوكل عليه فاذة جرد عنها
 مقالة الفساق قال ثم دنا ولائتها
 فبلغ ذلك ملك بني اسرائيل
 وكان اسمه هنوش ابن هندروش
 وكان جبارا عاقيا فدعي بني
 اسرائيل وقال لهم من تكون هذه
 المرأة اللتي يكلمها ولدها في بطنها
 حتي لا يعلم ما هو فلذلك نتكلم
 فسكت ولم ينطق ابدا

Et exponebat illi Gabriel omnia signa Ise affu-
 tura, quapropter ipsa admodum letabatur. Jo-
 sephus vero faber consobrinus ejus, cognito ipsam
 esse gravidam, contendens cum illa, O Maria,
 inquit, numquid in terra seges provenit non fa-
 cta

Et a semine ? Cui illa, Itane, ait, ignoras, Deum tempore creationis sine interventu seminis fruges produxisse ? Credo, inquit Iosephus ; sed unde hac tibi proles, & quis ejus parens ? Respondet Maria : Hoc ego munus & donum a Deo habeo ; eademque ejus est ratio, quæ Adami, quem ex terra Deus creavit, dixitque : ESTO. & exstitit. Tunc locutus est Iesus ex utero matris suæ & dixit : Quid sibi volunt, o Iosephe, ista comparationes, quas instituis ? quin potius surge, & abi ad negotia tua, & veniam peccati tui supplex pete, quoniam tales cogitationes animum tuum subiverunt. Surrexit ergo Iosephus, & Zachariam adiens hæc eadem illi exposuit. Et contristatus est Zacharias, & dixit uxori suæ : Gravida est Maria, neque maritum habet ; metuo autem improbitatem filiorum Israël, ne suspectam illam habeant de Iosepho. Cui uxor, Auxilium, inquit, a Deo pete, & in eo confide ; hic enim calumnias ab ipsa repellet. Instante vero partu ejus, cum nuntiata hæc essent Regi filiorum Israël, cujus nomen erat Hannausch Ibn Henderusch, tyranno impio, ille convocatis filiis Israël, Quæ hæc sit mulier, ait, quicum embryo in utero ejus loquitur, antequam sciat, quis ille futurus sit ? Hæc de re ergo loquamur. & obmutuit, neque unquam postea locutus est. Videbimus infra Mohammedem undecunque sua primum compilaverit, circumstan-

tias partus virginiei ex Poëtarum de Latona fabel-
lis adornasse. Sed hæc quoque, quæ modo vidi-
mus, congruunt illis, quæ Callimachus hym-
no in Delum de Apolline canit; embryonem
scilicet ὑποκόλπον in utero cum matre locutum,
Thebis hospitium puerperæ negantibus mala mul-
ta prædixisse, absterruisse matrem ne Coon insu-
lam adiret, denique Delum tanquam puerperio
aptissimam eidem commendasse:

--- σὺ δ' ἔνυμβαλλεο μήτερ.

Εστὶ δειδομένη τις ἐν ὕδασι νῆσος ἀραιή,
Πλαζομένη πελάγεσσι. πόδες δ' οἱ ἔχ' ἐνὶ χώρῳ,
Ἀλλὰ παλιρροίη θπνήχεται, ἀνθέλεικ' ὥς.
Ἐνθα Νότος, ἐνθ' Εὐρ', ὅπη φορέησι θάλασ-
σα.

τῇ με φέροις, κείνην γὰρ ἐλεύσεται εἰς ἐθέλσαν.
Quæ ita vertit Bonaventura Vulcanius

Tu vero genitrix corde hac mea dicta reponere:
Conspicua Aegeo exilis jacet insula, summis
Errabunda undis; neque enim vestigia certo
Hærent firma loco; vasto at circumflua ponto
Innatat albucō similis, quem proripiturgens
Hinc Notus, hinc Eurys, rapidive potentia
fluctus.

Huc propera; nec enim tristem patiere repulsam.
Ibid. Anno trecentesimo nono æra Alexandri.

Initium hujus æra incidit in annum ab obitu Ale-
xandri magni duodecimum, docente Ulug-Bei-
go de Epochis celebr. cap. 2. vide quoque Go-
lium

lium ad *Alferganum* p. 56. 57. Annum eundem, sed mensem insuper, diem & feriam definit *Abulfaragius* in historia *Dynastiarum* p.

109. edit. Pocock وفي السنة الثالثة

والاربعين من ملك اغسطس قيصر

وهي السنة تسع وثلاثماية من

تاريخ الاسكندر ولد السيد المسيح

من مريم العذرا ليلة الثلاثاء خامس

عشرين Anno imperii كانون الاول

Augusti Caesaris quadragesimo tertio, qui aera Alexandri trecentessimus nonus fuit, natus est Dominus Christus ex Maria virgine, die Martis, Canuni prioris (Decembris) vicesimo quinto.

Ibid. *Hierosolymam abiit, venitque Bethle-mum.* Hierosolymam non memorat Lucas, c. 11. v. 4. iter Iosephi & Mariae describens. Magis discrepat *Abulfaragius*, qui Iosephum Hierosolymæ describendum fuisse, videtur innuere.

Verba ejus hæc sunt. pag. 109. وفي تلك

السنة كان قد ارسل قيصر الملك

قورينوس

قورينوس القاضي مع اصحاب الجزية
الي اورشليم فبعد يوسف خطيب
مريم من الناصرة مدينة الي
اورشليم ليثبت اسمه وعند موافاتهم
Eodem قرية بيت لحم ولدت مريم

anno miserat Caesar Imperator Cyrenium Judicem
cum census exactoribus Hierosolymam: quo factum
est, ut Maria sponsus Josephus Nazarâ Hiero-
solymam adscenderet, quo nomen suum adscribe-
ret: cum autem Bethlehemum oppidum pervene-
rant, peperit ibi Maria. Quia Bethlehem dici-
tur κώμη vicus Joh. VII. 42. villa & villula
Hieronymo, putavit, credo, Bethlehemitis,
tanquam ignobilioris pagi incolis, Hierosoly-
mam μητρόπολιν fuisse adeundam, ut ibi cense-
rentur.

Ibid. Cum ad speluncam pervenissent. De
fictitia ista spelunca vide egregie differentem Ca-
saubonum Exercitatione 11. contra Baronium
num. 1.

Ibid. Instare sibi tempus pariendi. Quod qua-
ratione cognoverit Maria, non per praesentiam
dolorum, sed per peculiarem Dei inspirationem
& agitationem, operose describit Xavierius in
Pseudeuangelio suo p. 62. Sed & hic, plane

ut noster iste, oblivioni dederat salutare illud
Apostoli monitum, τὸ μὴ ὑπερ ὃ γέγραπται
Φρονεῖν, non sapere supra id, quod scriptum est.
1 Cor. 1 v. 6.

Pag. 7. *Hanc speluncam intremus.* Confe-
rendum hic æque fabulosum illud Jacobi Prote-
uangelium p. 7. edit. Basil. Et inveniens ibi
speluncam introduxit eam, & præfecit illi filium
suum; & exiens perquirebat obstetricem in re-
gione Bethlehem.

Ibid. *Anum Hebraam conspicit &c.* Plenius
hic drama pertexit *Proteuang. Jac.* Et ecce mu-
lier descendens a montanis ait illi: Tibi dico, o
homo, quo vadis? Et ait: obstetricem quæro
Hebraam. Et dixit illi: Ex Israël estu? Ait-
que illi: Sic. Illa autem dixit: Et quæ est, quæ
parit in spelunca? Et ait illi: Quæ mihi est de-
sponsata. Et ait illi: Nonne est uxor tua? Di-
xitque Joseph: Non est mea uxor, sed est Mar-
jam, educata in templo Domini, & habet con-
ceptum ex Spiritu Sancto. Dixitque illi obste-
trix: Hocne verum est? Dixit ei: Veni & vi-
de.

Ibid. *Repleta erat illa luminibus &c.* Eadem
περὶ τοῦ λόγια in Proteuangelio verba allegata se-
quitur: Et abiit obstetrix cum ipso, & stetit in
conspectu speluncæ, & ecce, nubes lucida ob-
umbrabat speluncam. Et paucis interjectis: Re-
pente autem fuit nubes in spelunca, & lux ma-
gna,

gna, ita ut oculi nostri non ferrent. Paulatim vero lux sese subduxit, quousque visus est infans, & accipiebat ubera ab ipsius matre Mariam.

Pag. 9. *Impone manus tuas.* Hic omnino aliquid deficit, cum manus obstetricis sanatae memorentur, nulla praevia morbi mentione; quod utrum librarii, an auctoris ipsius culpa acciderit, nescio: saltem nulla in Manuscripto lacunae apparent vestigia. Supplebit vero lector ex *Zenonis Episcopi serm. 6. de nat.* qui hoc modo rem enarrat: Maria incorrupta concepit, post conceptum virgo peperit, & post partum virgo permansit. Obstetricis incredulae periclitantis, enixa in testimonium reperta ejusdem esse virginittatis, incenditur manus; qua tacto infante, statim edax illa flamma sopitur: sicque illa medica feliciter curiosa, dum admirata mulierem virginem, admirata infantem Deum, ingenti gaudio exultat, quae curatum venerat, curata recessit. Citantur haec *Baronio* ad annum Christi 1. num. 7. & merito, tanquam ex Apocryphis hausta, rejiciuntur. Sicuti vero mendacium plerumque est *πλῆθος*, & raro sibi constat; ita hic quoque allegatum saepius *Jacobi Proteuangelium* longe a superioribus diversa memorat, nec obstetricem ipsam, sed obviam ei factam Salomen hac ratione sanatam asserit. Locum ipsum adscribemus: Exiitque obstetrix ex spelunca, &

obviavit illi Salome, & dixit obstetrix ipsi Salomæ: Magnum tibi spectaculum habeo narrare; virgo genuit, quem non capit natura ipsius, & virgo manet virgo. Dixitque Salome: Vivit Dominus Deus meus! nisi scrutata fuero naturam ejus, non credam, quod peperit. Et ingrediens obstetrix dixit ipsi Mariæ: Reclina te ipsam, magnum enim tibi certamen incumbit. Quum autem in ipso loco palpavit eam Salome, egressa est dicens: Væ mihi impiæ & perfidæ, quoniam tentavi Deum viventem. Et ecce manus mea, igne ardens, cadit a me. Et flexit genua ad Deum, & ait: Deus patrum nostrorum, memento mei, quoniam semen Abraham & Isaac & Jacob sum; & ne traducas me apud filios Israël, sed redde me pauperibus: tu autem nosti, Domine, quod in nomine tuo omnes curas & operationes complebam, & mercedem abs te recipiebam. Et angelus Domini adstitit, dicens ad eam: Salome, Salome, audivit te Dominus: offer manum tuam puero, & gesta illum; erit autem tibi salus & gaudium. Et accessit Salome, & gestavit eum, dicens: Adorabo ipsum, quia Rex magnus natus est in Israel. Et gestato puero repente sanata est Salome, & exiit e spelunca justificata. Voculam postremam dum considero, nullus dubito quin istud quoque Proteuangelium ex Arabica lingua, saltem Orientalium aliqua, in Græcam sit translatum:

verbum ambiguum **دري** quod in nostro quo-
que textu occurrit, cum sanari etiam significet,
per *tò justificari* inepte reddidit Græculus.

Jam, quia in sequentibus Mohammedano-
rum de Servatore nostro fabellas cum iis, quæ
noster habet auctor, conferemus, non abs re fo-
re puto, si hic quoque breviter ea, quæ de mo-
do & loco nativitatis ejus tradiderunt iidem, con-
sideremus. Sic ergo Mohammed cap. xix. Al-
corani, cum narrasset historiam annunciationis
angelicæ, pergit *com. 23. & seqq.* **فحملته**

فانتبهت به مكاذا قصيا فاجاها
المخاض الي جذع النخلة قالت يا
ليتني مت قبل هذا وكنت نسيما
منسيما فناداها من تحتها الا
تخزني قد جعل ربك تحتك سريرا
وهزي اليك جذع النخلة تساقط
عليك رطبا جنينا فكلي واشربي
وقري عينا فاما ترين من البشر
احدا فقولي اني نذرت للرحمان
صدوما

صوما فلن اكلم اليوم انفسيا فانت
 به قومها قحطه قالوا يا مريم لقد
 Et cum utero illum جيتى شيا فريانه

gestaret, subduxit se cum illo in locum remotum;
 coëgitque illam dolor partus ad truncum palmae
 confugere: ubi, O utinam, inquit, mortua prius
 essem, & penitus oblivioni tradita! Et incla-
 mavit eam, qui sub illa erat, dicens: Abjice
 moerorem; posuit Deus sub te fluxiolum, & con-
 cute versus te truncum palmae, ut recentes &
 maturi dactyli ad te decendant: & ede, & bi-
 te, teque oblecta; quod si quem mortalium con-
 spexeris, dic, te jejunium Deo vovisse, nec cum
 quoquam hodie verbum commutaturam. Cum de-
 inde ad populum suum illum afferret, dicebant
 illi; O Maria, rem miram affers! &c. vide
 reliqua supra pag. 3. Non sine ratione quæret
 lector, quis hic intelligatur Mariam blandis adeo
 ac delenificis dictis consolari? Christum infan-
 tem modo natum intelligit vetus Alcorani inter-
 pres, qui verba ista more suo libere nimis ita
 ترجمه: Christus autem subtus eam egressus,
 ipsam consolans inquit: Ne timeas, en ego te-
 cum assideo. Deinceps Deus ipsam allocutus in-
 junxit, ut palmam excuteret, sicque super eam ar-
 ruteba recentia caderent, unde ipsa comedens &
 bibens, cor suum corroboraret, &c. Sic plane
 وى

Ἐπεὶ τὰ ἐκκαμμένα πειθήσια quæ lubet immutat,
addit, omittit. Nectamen, ut verum fatear,
abhorrent ista a fabellis superius pag. 2 3 .4. al-
latis; & fieri potest, ut Christum intellexerit
ipse Mohammed, verba suspensa & ambigua ple-
rumque abrumpens. Ejus autem sequaces Ga-
brielem hic angelum in scenam producunt, in
diversa hætenus abeuntes, quod illud من

كفّاء qui sub illa erat, alii ad Mariam ipsam,
alii ad palmam, cujus præcesserat mentio, refe-
runt. Sic ad verba hæc Et inclamavit eam,
qui sub illa erat, notat Gialaloddinus: أي

جبريل وكان أسفل منها Gabriel
scilicet, qui infra ipsam in loco depresso ad-
stabat. Kessæus autem in historia nativitatis Chri-
sti hoc modo explicat: فناراهما من تحتها

يعني الملك الذي كان معها
زاراهما من تحت الشجرة من قبل
الملك وقال الضحى كان جبرائيل
Et inclamavit eam sub ipsa: (no-
ta legere Kessæum MIN TAHTIHA, quod

in multis quoque manuscriptis codicibus com-
 paret) id est, *Angelus*, qui cum ipsa erat, in-
 clamavit eam sub arbore ante Deum. Dixit ve-
 ro Al Dhahhâcus fuisse *Gabrielem*, quod Deus
 optime novit. Porro quomodo in locum remo-
 tum Maria se subduxerit, explicat *Kessâus*; qui,
 postquam multa de nativitate Mariæ, ejusque
 parentibus Imrane & Hanna, de educatione quo-
 que ejus in templo Hierosolymitano, ac deinde
 pubertatis tempore in domo Zachariæ &c. nar-
 raverat, (Proteuangelio Jacobi, iisque, quæ in
 præfata Hieronymi ad Chromatium & Helio-
 dorum epistola leguntur, partim conformia, par-
 tim dissona, in editione Alcorani, si Deus vo-
 luerit, latius a nobis producenda) ita pergit;

فلما دنا وقت ولادتها خرجت في
 جوف الليل من منزل زكريا
 حتي صارت خارج بيت المقدس
 وذلك قوله تعالى فحملته فانتبذت
 به مكانا قصيا يعني بعيدا واحبت
 ان لا يعلم بها زكريا ولا غيره
 Cum instaret illi tempus pariendi, egressa est me-
 dia nocte ex adibus Zachariæ, & extra Hiero-
 solymam processit. & hic est locus ille remotus,
 quem

quem in Alcorano Deus memorat. Zachariam
 enim & ceteros latere volebat. Neque idem fi-
 ctitiam Mohammedis palmam indictam patitur,
 quin fabulas fabellis cumulet: فنظرت في
 جوف الليل الى النخلة وابسة
 فجلست عند اصلها فاخضرت من
 ساعتها وصار لها سمغا وخصوصا
 وقدلت حملها بقدرة الله تعالى
 واجري الله من تحتها عينا من الماء
 واشتد بها الطلق فضربت بظهرها
 Et videbat intempesta nocte pal-
 mam aridam, quæ, cum ad radicem ejus con-
 sedisset Maria, extemplo revirescens foliis &
 frondibus vestiebatur, fructu deorsum propenden-
 te, vi Dei supremi. Et produxit sub illa Deus
 fontem aquarum; & cum torquerent eam dolo-
 res partus, palmam manu arte complexa est.
 Nihil ergo de spelunca illa πλουσιότητι Mo-
 hammed; sed sive alios auctores, sive traditio-
 nes ἀγροφας secutus, puerperium beatæ virgi-
 nis fabuloso apud Poëtas Latonæ partui simili-
 mum nobis exhibuit. Nam hæc quoque pal-
 mam

mam complexa, vel oleam, vel palmam & oleam simul, vel duas laurus (juxta alios) Dianam & Apollinem peperisse fertur. Et de palma quidem *Homerus hymno in Apoll.*

Τὴν τότε δὴ τόκῳ· εἶλε, μενοίνησέν τε τεκέσθαι.

Ἀμφὶ δ' Φοίνικι βάλε πύχες, γούνα δ' ἔρεισε

Δειμῶνι μαλακῶ· μείδησε δ' αἰὲρ ὑπ' ἐνερθεν.

Illam tunc partus incessit, & parere enixa est:

Palmam vero brachiis amplexa genibus obnixā est

Prato molli; terra vero infra risit.

Et *Callimachus hymno in Delum:*

Λύσαστο δὲ ζώνην, ὅππῃ δ' ἐκλήθῃ ἔμπαλιν ὤμοις

Φοίνικῳ ποτὶ πέμνον, ἀμυχανὴς ὑπὸ λυγρῆς

Τειρομένη. νόπος δὲ δῖε χροὸς ἔρρεεν ἰδρῶς.

Solvit vero zonam, atque humeris retro se inclinavit

Ad palme truncum, diris torminibus.

Agitata: humidus vero per corpus fluebat sudor.

Sic enim Mariam quoque sævis doloribus pressam arcte palmam tenuisse vult Kessæus: scilicet, quia ἔδος ἐστὶ ταῖς κυσσοῖς τῶν ἀνδρακεμνῶν λαμβάνεσθαι, καὶ ὁποῦν Φίξιν ἑαυτὴς τῶν ἀλγηδόνων. Mos est parturientibus adjacentia comprehendere & sese doloribus sublevare, ut ait, Scholiastes Apollonii.

Pag. 9. Cum advenissent pastores. Vide, ut illi, qui neglecto verbo Dei ad aniles fabulas attendunt, cæcitate θεηλάτῳ percussi, deinceps non

non tantum diversa a scripturis, sed iisdem directe repugnantia effutiant. Sic noster iste, (nihil pensi habens

τί ὡς πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καὶ
λέξη.

Quæ quibus anteferat, quæ prima aut ultima dicat)

quæ ex inspiratione divina scripsit *Lucas* *II. 8.* & *seqq.* inverso hic ordine recenset. Prius enim venisse dicit pastores, ad locum scilicet, in quo erat Maria, & postea demum angelos iis apparuisse.

Pag. 9. *Succenso igne.* Sic & *Elias* *III.* Patriarcha Antiochenus Homilia in nativitatem Christi a Clarissimo Golio edita memorat

رعاة شهبوا من شظايا العصي فارا
& Pastores, accendentes ex assulis fragmen-
tisve lignorum ignem lucentem.

Ibid. *Admodum latarentur.* An fortassis hoc inde arreptum, quod ἀγεγυλευντες exubantes, citato *Lucæ* loco, jam olim nonnulli explicuerunt ἀγειον αὐλοῦντες sylvestrem *Musam* tenui a-
vena meditantes?

Pag. 11. *Circumciderunt illum in spelunca.* Sic *Epiphanius* lib. 1. hæ. 20.

Pag. 13. *Pelliculam istam.* Ubi sunt illi, qui præputium Christi penes sese adservari superbe

atque improbe jactaverunt? Hic sane, tanquam in speculo, sententiæ suæ, sublevis plane testimoniis nixæ, futilitatem perspicere potuissent. Sed, o boni, quis vobis illud per manus tradidit? quis primus id sustulit? nisi forte auctori huic nostro & ejusdem generis aliis fidem habetis. Bene *Theophylactus* ad *Lucæ c. 2.* Ἀνόητον δὲ καὶ τὸ ἐξετάζειν πᾶ ἐστὶ τὸ ὑποτιμηθὲν ἐκείνο μόνον. ὃ γὰρ ἡ γραφή ἀπεσιώπησεν, & δὲ ἐξετάζειν. καὶ ταῦτα ὅτι μὴδεμιᾷ ὠφελεῖται. *Inutile est inquirere ubinam terrarum sit resecta illa particula; nam in ea, qua scriptura reticuit, inquirere non oportet. præsertim cum nulli id usui sit.* Tolabiliore quidem ex veteribus illi, qui Christum Servatorem nostrum, ex mortuis suscitatum, particulam istam rursus adsumsisse, & in cælos secum abstulisse disputant; ut integro esset corpore, sicuti nos olim integris omnibus membris resurgemus: sed neque hoc opus est, & omnino præstat in talibus πεχεῖν.

Ibid Trecenti denarii. Eos huc transfert *Rhapsodus* noster ex *Johannis* cap. *xii. 5.* ubi de Maria pedes Christi ungente agitur. Nam interrogat ibi Judas Iscariotes: Διατί τὸ το μύρον οὗκ ἐπράθη τετρακοσίων δηνάρων, καὶ ἐδόθη τοῖς πωλοῖ; *Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis?*

Quod præscriptum in lege Moysis. *Luc. ii. 23.*
Exod. xii. 2

Pag. 17. *Zoradascht.* (Zoroaster.) Zoroastrem
magum non fuisse vetustiore initiis amplitu-
dinis Persicæ bene demonstravit Ill. *Marshamus*
in Canone Chronolog. ad Sec. ix. (vide &
Bocharti Phaleg. l. iv. c. 1.) Loco ibi citato ex
floridis *Apuleji*, qui ad Cambyſis tempora il-
lum refert, concinit omnino *Gregorius Abul-*
ſaragius, qui & hunc nostrum egregie illustrat,

وفي هذا زمان كان زرادشت
معلم المجوسية واصله من بلاد
اذربيجان وقيل من بلاد اثور وقيل
انه من قلامذة اليا النبي وهو عرف
الفرس بظهور السيد المسيح وامرهم
بحمل القرابين اليه واخبرهم ان
في اخر الزمان بكرا تحبل
بجنين من غير ان يمسه رجل
وعند ولادته يظهر كوكب يضئ
بالنهار ويبري في وسط صورة صبيّة
هذرا وانتم يا اولادي قبل كل
الامم

الامم قههون بظهوره فازا شاهدتم
 بالكوكب امضوا حيث يهديكم
 واسجدوا لذلک المولود وقربوا له
 قرا دينكم وهو الکليمة المقيدة

الاسماء Porro hoc tempore (Cambyſis nempe,
 filii Cyri, cujus immediate præceſſerat mentio)
 fuit Zoradaſcht præceptor ſectæ magorum, oriun-
 dus regione Aderbigian, vel (ut dicitur) re-
 gione Aſſyria. Dicitur etiam, fuiſſe illum ediſ-
 cipulis Elia Propheta. Hic Perſas docuit de ma-
 niſtatione Domini Chriſti, jubens eos illi dona
 offerre; indicavitque futurum, ut ultimis tem-
 poribus conciperet virgo fœtum, abſque contactu
 viri, cumque nasceretur, apparituram ſtellam,
 quæ interdum luceret, & in cujus medio conſpi-
 ceretur figura puellæ virginis. Vos autem, o filii
 mei, ante omnes gentes ortum ejus percepturi
 eſtis: cum ergo videritis ſtellam, abeuntes, quo
 vos illa dirigat, natum iſtum adorete, offeren-
 tes ipſi munera veſtra; eſt ſiquidem ille verbum,
 quod cælum condidit. Apud eundem Abulfa-
 ragium pag. 110. Herodi de rebus ipſorum in-
 terroganti Magi ita reſpondent: ان عظيمه
 كان لنا وهو قد اذباذا بكتاب

وضعة ناكرا فيه سبول في فاسطين
مولود اصله من السما ويتعبد له
اكثر العالم واية ظهوره انكم ترون
نحما غريبا وهو يهديكم الي حيث
هو فاذا رايتموه فاحملوا نهبا ومرا
ولبانا واطلقوا اليه والطفوه بها
واسجدوا له وانصرفوا ليلا ينالكم
جلا عظيم ~~في~~ والان قد ظهر لنا النجم
Magni nominis quidam apud nos fuit, qui in libro quo-

dam, quem composuit, nos admonuit, in eo hac
memorans: Futurum est, ut in Palæstina nascatur
puer è cælo oriundus, cui serviet maxima
mundi pars; signum autem apparitionis ejus hoc
erit, quod visuri estis stellam peregrinam, quæ
vos eo, ubi manet, diriget; eam ergo cum vi-
deritis, accepto auro, myrrha & thure profecti
illa ipsi offerite, ipsumque adorete, deinde rever-
timini, ne vos calamitas gravis occupet. Nunc
autem apparuit nobis stella; venimus igitur ad
perficiendum illud, quod nobis præceptum est.
Quæ ex libello aliquo Zoroastri falso adscripto,

qualium ψευδεπιγραφῶν σμῆν & olim circumfe-
rebatur, defuncta esse, nemo non videt. Ejus-
demque furfuris illa videntur, quæ ex Zoroastris
ἱεραὶ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν citat καὶ λέξις Euse-
bii in fine lib. 1. de præparat : Euangel. Ο δὲ
Θεὸς ἐστὶ κεφαλὴν ἔχων ἱερακος, Deus caput habet
accipitris &c.

Pag. 21. *Eam in thesauris suis reposuerunt.*
Pompaticæ quoque citatus supra Elias Patriar-
cha, eadem Homilia jactat قضا قشرفت

Tanias, qui-
bus nobilitata sunt signa & vexilla Regum.

Ibid. Herodes accersivit sacerdotes & sapien-
tes. Mira hominis oscitantia, qui ὑπερον θεοπε-
γον ea hic narrat, quæ ex capite 11. Matthæi lon-
ge melius

*Vel pueri norunt, & qui nondum are lavan-
tur.*

Non sat commode divisa sunt temporibus tibi,
Dave, hæc.

Ibid. Surge & abi in Ægyptum. Causam
profectionis in Ægyptum jejune admodum refert
Kessæus Mohammedanus: فبلغ خبر الي
الملك فهم بقتله وامه وزكريا
وخاف زكريا والمؤمنون علي قتلهم
ونكر

وذكر لها ذلك يوما ثم قال لابن
خالتها يوسف خذ مريم وابنها
واحملها الي مصر ودفع لهم اثاثا
وزودهم واخرجهم من بيت المقدس

ليلا *Pervenit autem rumor ad Regem* (hunc

supra vocavit حنوش بن هندروس *Han-*

nausch Ibn Henderusch, quod corruptum censeo
a Muslimis *Herodis* nomen) qui ipsum cum ma-
tre & Zacharia morti destinavit. Cum ergo me-
tueret Zacharias & fideles, ne occiderentur,
monuit illam quodam die, dixitque Iosepho so-
brino ejus: Accipe Mariam & filium ejus, &
deduc illam in Egyptum. Deditque illis uten-
silia, & viatico instructos noctu ex urbe Hiero-
solyma eduxit.

Sequuntur penes eundem auctorem fabulae, aniles
an pueriles? certe oppido ridiculae, & quae vel Hera-
cliti pulmonem commoverent; quas, quoniam in
pseudo-euangelio nostro non existant, hic inserere
lubet. Prima est de leone, Christi infantis man-
dato parente. وجعلوا يسيروا من بلد

الي بلد فراي يوسف في انظر يقف

اسدا

اسدا عظيما واقفا علي قارع الطريق
 فقزعوا منه فتكلم عيسى الي الاسد
 وقال له ان الثور الذي تريد
 تغترمه انه لقوم مساكين فاذطلق
 الي تلك الموضع تجد فيه جملا
 ميتا فكله فمضي الاسد فحوا الجميل
 واكله *Cæperunt ergo proficisci ab urbe ad*

urbem. Et vidit Iosephus in via leonem magnum stantem in bivio; a quo cum metuerent, allocutus est Iesus leonem, & dixit: Taurus quidem ille, quem dilaniare cupis, hominum est pauperum; sed abi ad locum τὸν δεινὰ, ubi camelum mortuum invenies: illum devora: Abiit-que leo versus camelum, & illum devoravit.

Altera de monstrato prædonibus thesauro.

فصاروا وانا بقوم مجتمعين فقال لهم
 عيسى اذهبوا ان اخبركم عن
 وقوفكم هاهنا قالوا نعم قال انكم
 تريدوا تدخلوا دار الملك وتأخذوا
 ماله

ماله وهو مومن تعالوا معي حتي
ادلكم علي كنز تجددونه قد مات
اهله عن بعيد فصاروا حتي اتوا
الي خربة فقال لهم ادغفروا هاهنا
فدغفروا فوجدوا فيه مالا عظيما

Pervenerunt deinde ad congregatam hominum multitudinem; quibus Iesus, Vultisne, inquit, indicem vobis, qua de causa hic stetis? Annuuntibus illis, Consilium vobis est, inquit, intrare palatium Regis, & bona ejus diripere; sed quia ille pius est, agite, me sequimini, ut monstrem vobis thesaurum, cujus possessor jam pridem diem suum obiit. Abierunt ergo, & pervenerunt ad foramen aliquod, & dixit illis Iesus, Fodite. cum ergo foderent, magnam pecunia vim in illo invenerunt, eamque inter se partiti sunt.

Tertia disputationem Christi continet cum Rege infideli, & praedictionem de foetu Reginae gravidae: وسار عيسى ومن معه حتي دخلوا قرية عامرة فيها ملك وقد اجتمع اهل القرية الي عنده ودين

ايديهم

ادينهم صنم وهم له يسجدون ويذبحون
 فقال عيسى ما لكم ايها القوم فقالوا
 ان امرأة المالك قطعت وقد قصرت
 عليها الولادة فقال عيسى اذهبوا
 الي المالك وقولوا له ان وضعت جدي
 علي بطن المرأة تضع المولود عاجلا
 ما تضع فمضوا اليه واخبروه بذلك
 فقال اتوني به فاقبل عيسى ودخل
 الي المرأة وقال عيسى ايها المالك
 ان اخبرتك بما في بطنها قبل ان
 تضعه فومن جبري الذي خلقني من
 غير اب قال الملك نعم فقال عيسى
 ان في بطنها غلاما جميلا احدي
 ازنية اطول من الاخرى وعلي خدر
 خال اسود وعلي ظهره شامة فمن جده
 علي بطن المرأة وقال اخرج ايها
 الجفنين

الجنين باذن الله تعالى الذي
 خلق الخلق واوسع الرزق فوضعت
 المرأة غلاما علي ما وصفه عيسى
 فقام المالك ان يومن بالله فقالوا له
 وزراوه ايها المالك ان هولاي مسخرة
 فرجع عن الايمان فارسل الله
 عليهم صاعقة فاهلكتهم عن اخرهم

*Profecti porro Iesus, & qui cum ipso erant, de-
 venerunt in urbem, in qua erat Rex, ad quem
 congregati cives erectum coram sese idolum flen-
 tes adorabant. Quos cum rogasset Iesus, quid
 ipsis accidisset? respondebant illi, uxorem Re-
 gis uterum ferre, & difficili partu laborare. Je-
 sus autem inquit: Abite ad Regem, & nuncia-
 te ipsi, mulierem, si manum meam ventri ejus
 imposuero, celerrime enixuram. Quae cum nun-
 ciata essent Regi, Rexque illum ad se introduci
 jussisset, accessit Iesus, intravitque ad mulierem,
 & dixit: O Rex, si, antequam pariat, dixerō
 tibi, quid utero gestet, credesne in Dominum
 meum, qui me sine patre creavit? Annuente
 Rege,*

Rege, inquit Iesus: Equidem pariet ipsa puerum formosum, cujus alterutra auris altera erit longior; & in gena illius nœvus niger conspicietur, & in dorso illius ejusdem coloris nota. Tunc extensa manu sua ad uterum mulieris, Egredere, inquit, o embryo, voluntate Dei supremi, qui omnia creavit, cunctisque alimenta large suppeditat. Cum ergo peperisset mulier puerum, qualem descripserat Iesus, velletque Rex in Deum credere, consiliarii ejus, magos illos esse, adseverabant, ita ut a fide suscipienda abstereretur. Igitur Deus horrendum cœlus fragorem in illos excitavit, qui ex improvviso eos disperdidit.

Hæc in itinere Ægyptum versus accidisse refert Kessæus; plura vero noster, largiorem mendaciorum fontem aperiens, quasi ejusdem sese protectionis comitem præbuisset. Ad quæ priusquam revertamur addamus ex eodem Kessæo ap-
pulsam in Ægyptum, & quo opificii genere vitam ibidem Iosephus & Maria toleraverint,

ثم ساروا حتي دخلوا بلاد مصر
ونزلت مريم في دار رجل يقال له
دهقان ولم يكن لها شيا تعيش
به الا الغزل فكانت تغزل بالاجرة
ويوسف

ويوسف يحسب ويبيع واقاموا
 كذلك مدة زمان

Deinde profecti sunt, donec intrarent regionem Ægypti, diver-
 titque Maria in domum viri, qui vocabatur
 Dabcan: neque quidquam illi suppetebat, quo
 vitam toleraret, nisi nendi artificium. itaque mer-
 cede nebat; Josephus autem lignatum prodiens
 collecta ligna vendebat. & sic aliquanto tempore
 ibi morabantur.

Pag. 25. Appulit huc Deus ignotus. Gemi-
 num est istud æque fictitio illi Apollinis oracu-
 lo, quod Augusto consulenti reddidisse fer-
 tur:

Εβραϊ· κέλεται με Θεὸς μακρόρεσιν ἀνάσσω
 Τόνδε δόμον ἀγλιπεῖν, καὶ ὁδὸν πάλιν αὐτοῖς
 ἰκέσθαι.

Ἄπει· λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων. (Ita enim hoc
 dimetrum potius carmen cum Casaubono statue-
 rim)

Hebræus jubet me Deus divis imperans
 Edem hanc derelinquere, & vestigia retro
 legere.

in posterum facesse ex adibus nostris.

Pag. 27. Idolum hoc corrui: Hic quidem
 unius tantum idoli collapsi sit mentio; sed pro-
 miscue simulachra Deorum Ægyptiorum adven-
 tante Christo corruisse, plurimi patrum tradide-
 runt, & ex prophetis veteris testamenti adstrue-

re annisi sunt. Vide prolixè hac de re differen-
tem Barradium Jesuitam *Histor. Euang.* Tom. I.
l. x. c. 8. & citatos huic patres tum vetustiores,
tum recentiores. Graphice præ cæteris *Epipha-
nius Demonst. Euang.* l. vi. c. 20. Οἱ περὶ τὴν
Αἰγυπτίον οἰκούντες πονηροὶ καὶ μοχθηροὶ δαίμονες, ἐξ
αἰῶν ὁ μακροῦ τοῖς ξοάνοις ἐμφωλεύοντες, καὶ τοὺς
τῶν Αἰγυπτίων ψυχὰς πάσῃ δεισιδαιμονίᾳ πλάνῃ
καταδεδάμενοι, συναποδόμητοι ξένης πινός καὶ ἐχθρῆς
δυνάμεως ἑπιδημύσης αὐτοῖς, αὐτὰ καὶ σπινερινόοντο,
σάλλον καὶ κλόνον ἐν ἑαυτοῖς πάροντες, ἥτε καρδία αὐ-
τῶν καὶ διανοητικὴ δύναμις ἡτιᾶτα ἔνδον ἐν ἑαυτοῖς,
ὑποχωρεῖσα καὶ νικωμένη ὑπὸ τῆς ἀοράτως σπιν-
ερινόσης, καὶ πρὸς δίκην ἀρρέχτω λογῶ φλεγ-
σης αὐτὰς δυνάμεως. Illi, qui prius *Aegyptum*
incolebant, mali & pravi *damones*, a longo
tempore in *simulachris* stabulantes, & *Egy-
ptiorum* animas omni superstitionis errore subi-
gentes, cum sentirent peregrinam aliquam &
divinam vim inter sese versari, statim commo-
vebantur, motum & concussionem internam pa-
tientes; & cor illorum & facultas cogitandi
vincebatur in illis, cedens ac sese submittens po-
tentia invisibiliter illos cogenti, & ignis instar
ineffabili ratione urenti. Vide sequentia ibidem.
it. l. ix. c. 2.

Pag. 29. *Ex Aegypto vocavi.* Alieno rursus
loco vaticinium hoc inferitur, quod ad D. Mat-
thæi exemplum supra commodius allegasset.

Pag. 33. *Pone nos veniet.* Quare hic mentitur Iosephus? An quia prope adhuc aberant a loco, in quo corruerat idolum, tempus nondum erat, arcana istius infantis obviis indicandi?

Pag 67. *Ecce! duos in via latrones.* Digtum in hanc fabulam intendunt *Spanhemius* pater, *Dub. Euang.* par. 2. *Dub. Lx. & Gerb. Joh. Vossius* in *Harmonia Euangelica* pag. 301. Qui vero hic *Titus & Dumachus* vocantur, in *Euangelio Nicodemi* p. 4. sunt *Dimas & Gestas*; in *Collectaneis Bedæ* vulgo adscriptis *Matha & Joca*; in *Historia Christi* a *Xaverio* depravata p. 480.

زجستين & ودياس *Visimus.*

Ita fabulosi isti scriptores omni opera & studio id egisse videntur, ne sibi fides haberetur; dum in diversa abeuntes, manifestariæ suæ fraudis lectorem admonent. In hunc quoque censum referri queat ejusdem furfuris fabula, quam ex *Vincentio Ferrerio & Jacobo de Voragine* loco citato narrat *Vossius*: Latronem scilicet in cruce pendentem, conversum esse, quod umbra Servatoris in ejus corpus incideret. qua de re ipsum vide *Vossium*.

Pag. 69. *Avertat hoc a te Deus.* Expressum hoc ex *Petri* illo *Matth. xvi. 22.* ἰλεως σοι κυριε, & μη εἶσαι σοι τῆτο: *Propitius tibi esto Domine, nequaquam erit tibi hoc.* Quod (fere ut no-

ster) sic vertit Arabs Erpenianus : *حاشائ*

يا رب ان يكون لك هذا

Ibid. *Sycomorum*, quæ *Matarea* vocatur. Imo totus hodie pagus *المطرية Matarea* vocatur, a copia aquarum. vide *Gol. ad Alferg.* pag. 157. Celebratam hodiernis quoque Ægyptiis fabulam vide prolixè apud *Thevenotium* Itin. Orient. l. i. c. 8. ubi inter cætera narratur, sycomorum istam, quæ adhuc hodie monstratur, transeunte illac Maria cum Jesu infante, & persecutores fugiente, sese aperuisse, at cum intrasset Beata virgo, rursus coïisse; digressis vero latronibus fissam rursus semper ita apertam mansisse, usque ad annum hujus seculi quinquagesimum sextum. tunc enim fragmentum a trunco separatum disruptum esse. Vide & *Baron.* ad A. C. I. n. 46. De Persea arbore Christum adorante similem fabellam vide apud *Sozom.* l. v. c. 20. & de illa judicium *Casauboni* Exercitat. 11. contra Baronium, num. xiv. item *Spanhemii* Patris Dub. Euang. part. 11. dub. LX.

Pag. 71. *Balsamum* provenit. Famosum illum balsami hortum nugator iste plantat quidem & producit; sed eundem irrigat & auctiorem reddit fabellis hisce mirum in modum delectatus *Xaverius*. sic enim ille p. 102. *Scriptum* exstat, cum istius terræ habitatores voluerunt eum hortum au-
gere

gere, atque in eo arbores balsami multas plantarunt, tamen arbores illas fructum non dedisse, donec imaginati sibi sunt, si aqua, in quibus Majestas Jesu & involucra ejus abluta fuerunt, istas arbores attingerent, fructum darent. Itaque rivum aquarum istius horti deduxerunt in rivum, qui adscendit ex fonte Christi, atque ex istis ambobus unus rivus factus est. ita factum, ut omnis terra, quæ istis aquis irrigata fuit, balsami fructum dederit.

Ibid. Memphin. Vox مصر Misro vel

Misron tria significat Arabibus, accurate quandoque distinguenda. Primo, si Misron legas, respondet vocabulo Hebraïco מצוד, & castellum notat, seu quamvis urbem munitam. Hinc verba Alcorani cap. 11. 58. اعبطوا مصر

مصر (ubi per مصر

Misran Egyptum intelligunt vetus Interpres & Clarissimus Golius in versione hujus capituli incitata) hoc modo exponit Gialaloddinus: انزلوا

مصر من الامصار فان لكم فيه ما

سالتكم من النبات Ingredimini urbem aliquam

munitam, ubi preesto vobis erunt illa terra

germina, quæ petitis. cucumeres scilicet & lentes, allium & cepe, quæ in superioribus desideraverant. At si مصر Misro legatur, ut sit

nomen invariabile, respondet Hebræo מצרים Mizrajim ac totam Ægyptum notat. Hac notatione plerumque occurrit, ut statim in textu nostro sequitur:

وَدَقُّوْا فِي اَرْضِ مِصْرٍ
ثَلَاثَ سَنِيْنَ Substiterunt in terra Ægypti
triennium. Denique strictissime مصر Misro

notat منف Memphin, antiquam illam Ægypti metropolin, cujus in locum pereuntis aliæ paulatim urbes succrevire.

Ibid. Triennium in Ægypto substiterunt. Locum, ubi commorata sit Maria, non definit noster, nisi vocem مصر Misro, contra ac modo explicuimus, notatione tertia de metropoli Ægypti capias. Hanc sententiam sequitur Xaverius pag. 102.

شهر منفس که اکنون اورا مصر
کلان میخوانند Conversati sunt prope
urbem

urbem Memphis, quam nunc Misram magnam vocant.

Ibid. *Plurima in Aegypto miracula.* Fictitiis hisce miraculis, tum iis, quæ hic silentiis supparo involvuntur, tum quæ in hoc libro memorantur, merito opponimus testimonium Johannis, qui miraculum aquæ in vinum mutatæ in Cana Galilææ, ἀρχὴν τῶν σημείων *principium signorum*, i. e. primum Christi miraculum fuisse asserit. Merito *Chrysostomus* Homiliis xx. & xxi. in Johannem rejicit illos, qui loco hoc non primum absolute Servatoris nostri miraculum volunt innui, sed respectively ad Canam Galilææ. nec tamen subtilius hac de re disputaturum se cum quoquam profitetur. Sic & *Theophylactus* ad cap. 11. Johannis, multa sibi dicit suppetere argumenta, quæ nullum antea miraculum a Christo patratum evincant; (dici enim, quod per istud gloriam suam manifestaverit, quodque discipuli ejus in ipsum crediderint) neque se tamen cuiquam hac in re valde adversaturum. Alia porro argumenta iidem auctores colligunt; nam & Judæos putant, si ante baptismum mira peregisset Jesus, citius cum fuisse crucifixuros, & infantilia illa miracula ludibrio futura, ac pro præstigiis & φαντασίαις fuisse habenda. Nobis hoc unum sufficiat, nullius divini neque fide digni scriptoris testimonio prætensa ista miracula posse probari. Satis vero in-

con-

constanter de puerilibus hisce Servatoris miraculis loquitur *Epiphanius*, & cum primo illa rejecisset, postea eadem adstruere conatur. Sic enim ille in hæresi Alogorum p. 442. Οὐ γὰρ ὁ λῶς τῶν θεοσημείων καὶ τῶν κηρύγματων περὶ τῆς πειρασμοῦ ὁ χριστὸς εἰργάσατο, εἰ μὴ πᾶσι ἀδεύειν περὶ αὐτῶν ἐν παιδὶ πεποιηκέναι, ὡς ἐν παιγνίῳ, ὡς πνευμάτιοι καὶ εἶδει τῶν μὲν ὅτι καὶ παιδαρικά αὐτὸν ἔχειν, ἵνα μὴ περὶ φάσις γένηται ταῖς ἀλλοδαπαῖς αἰρέσεσι, ταῖς λεγούσαις, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἰορδάνου ἦλθε χριστὸς εἰς αὐτὸν, ἑπεὶ ἐστὶν ἡ περὶ αὐτοῦ. *Nullum enim omnino miraculum neque praconium Christus ante tentationem fecit, nisi forte ea, quae puer adhuc, quasi ludens, patrasse celebratur, quemadmodum dicunt nonnulli. Et revera oportebat quaedam etiam puerilia ipsum habere, ne praeextus suppeteret reliquis haeresibus, quae dicunt, Christum in ipsum descendisse ad Jordanem, columbae scilicet forma.* Verisimile est, plerosque, ut confictis hisce miraculis fidem haberent, indutos fuisse verbis Mariae, dum Christo filio suo dicit *Joh. II. 3.* Οἶνον οὐκ ἔχουσιν. *Vinum non habent;* Neque enim fieri potuisse credebant, ut tam magnifice de filio suo sentiret Maria, nisi aliis jam dudum miraculis virtutem suam divinam exseruisset. Lege Chrysostomum homilia xx. (juxta alios xx.) in Johannem, ubi ex propositis hisce & confutatis infert ipse, nihil aliud tantam Mariae de filio suo conciliasse opinionem, quam

quam quod Johannis testimonio, & ex iis, quæ
discipulis dixerat, manifestari jam cœpisset. I-
psam quoque ejus conceptionem, nativitatem,
& quæ illo tempore evenerant, maximas illi de
puero cogitationes subjecisse, quippe cum ex te-
stimonio *Lucæ* 11. 19. Ἡ Μαρία πάντα συνετί-
γει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ
αὐτῆς. *Maria conservaverit omnia verba ista*
conferens in corde suo. Eadem fere reperies apud
Theophylactum ad Johannis caput 11. 3. Vide
& *Casaubonum* Exercitat. 11. contra *Baronium*,
num. xiv. *Spanhemium* patrem dubiorum *Euang.*
parte secunda dub. xcvi.

Antequam vero ex *Ægypto* discedamus, inter-
ferenda hic fabella, quam narrat *Kessæus*, hoc
titulo : *Historia de cæco & claudo.* حديث الأعمى والمقعور
قال وهب ابن منبه رضي الله عنه ومن عجائب عيسى
ان الارهقان الذي كانت مريم
وعيسى في داره دخل اليها سارق
واخذ جميع ما كان فيها واغتم
لذلك وقال يا عيسى اخبرني من
اخذ

أخذ مالي فقال عيسى الي
 الدهقان اجمع لي سكان دارك
 ففعل فقال عيسى اين فلان الاعمي
 فاجابه فقال له هذان السارقان
 زمالك فعجب القوم من ذلك فقال
 عيسى للقوم استعان هذا المقعد
 بقوة هذا الاعمي والاعمي ببصر هذا
 المقعد وكان المقعد بيده حبل
 في الكوة وكان يحمل شيئا بعد
 Dixit Waheb Ibn شي فيحي اليه

Mamba, cui propitius sit Deus: Hoc quoque est
 ex miraculis Jesu. Edes Dabcani, ad quem
 Maria & Jesus diverterant, ingressus est fur,
 & abstulit quidquid in illis erat. Tristis ergo
 Dabcanus inquit Jesu: Indica mihi, quis opes
 meas abstulerit. Respondet Jesus: Convoca mi-
 hi totam familiam tuam. Quod cum fecisset, in-
 quit Jesus: Ubi est cæcus o dēiva? (supple &
 claudus ille? quod vitio librarii omissum) His
 ergo adductis, inquit Jesus: Isti duo sunt fures,
 qui tua omnia abstulerunt. Hæc cum miraretur
 po-

populus, inquit illis Iesus: Claudus iste adju-
tus fuit viribus cæci, & cæcus visu claudi.
claudus enim manu sua funem tenebat in fene-
stra, dum singula (cæcus) afferret, & ad ipsum
rediret. Similem fere de claudio & cæco fabel-
lam ex libro *Kenzi al Asrar* refert *Pocokius* in
notis miscellaneis ad Portam Mosis p. 280. &
281. ab ipso Deo hominibus die novissimo pro-
ponendam, quando corpus in animam, & anima
in corpus culpam omnem peccati conferet. De-
sumpta vero est ex Gemara Sanhedrin cap. xi.

Ibid. Rediit ex *Ægypto*. Sicuti admonitio-
nem Angeli in *Ægypto* omittit noster, & con-
torte admodum cætera proponit; sic *Kessæus* quo-
que frigide admodum, & suæ de *Zacharia* litans hy-
pothesi, reditum ex *Ægypto* his verbis enarrat:

فلم يزل عيسى وامة بارض مصر
حتي مات ملك بني اسرائيل
فبعث زكريا الي مريم فامرها
بالرجوع الي بيت المقدس فصاروا الي
بيت المقدس وعيسى يريهم العجايب
حتي انهم نزلوا علي قرية يقال
لها ناصرة واليهما تنسب النصارية
فجعل

قجعل عيسى يدعوهم الي نبوة

Manseruntque Jesus & mater ejus in terra Aegypti, donec moreretur Rex filiorum Israël. Tunc misit Zacharias ad Mariam, illamque Hierosolymas reverti jussit; quo cum pervenissent, monstrabat illis Jesus miracula, donec in urbem Nazareth diverterent, a qua Nazareni (Christiani) denominantur. cepitque Jesus illos ad prophetiam suam vocare.

Pag. 73. *Ingressi urbem Bethlehemum.* Cum modo Nazareth urbem, locum commorationis Josephi, Mariæ & Jesu, bene designasset, hic jam contra paginæ sacræ fidem Bethlehemum illos reducit, ibidemque in spelunca porro habitasse fingit, ut ex sequentibus patebit. plane quasi morem Josephus angelo non gessisset.

Pag. 79. *Filius rivalis.* ذرة Dharra Arabibus mulierem notat, quæ cum alia communem habet maritum; quam Latine æmulam, vel rivalem, vel potius pellicem dixeris. Eadem vox in Hebræa quoque lingua occurrit: hoc enim sensu Peninna 773 hostis sive amula Hannæ vocatur 1. Sam. 1. 6.

Pag. 81. *Furnumque refriguiffe.* Eadem ratione Moses, quem mater foras egressa in furno occultasset, sorore ejus, rei hujus ignara, succenso igne furnum calefaciente, miraculose servatus

vatus legitur apud *Kessaum*, quadragesimo die, antequam in arca exponeretur. Ut vero patefcat qua ratione Judaizantes Muslimi sacras tractent historias, quam densa fabularum caligine illas involvant, ipsa auctoris sæpius jam allegati verba producam. Narraverat in præcedentibus, Mo- sen statim a nativitate erectum confedis- se, & ma- trem his verbis allocutum esse: يا امه لا

Mater تخافي علي فان الله معنا
mea, ne sollicita esto de me, etenim Deus nobis-
cum est. Eadem nocte vocem auditam in pala-

tio Pharaonis ولد موسي وهلك فرعون
Natus est Moses, & periit Pharao. Omnia quoque Ægyptiorum idola eodem tempore in faciem prolapsa frustatim comminuta fuisse. De-

inde ita pergit: فكانت امه اذا خرجت

من منزلها في حاجة وضعت في

التنور وطمنت فاه لئلا يعلم حاله

احد فخرجت يوما ووضعته في

التنور وكان ذئبا قد عجن

عجينا

عجبتنا فاسجرت التنور ولم تعلم
 ان موسي فيه واتفق ان هانان
 وقع في قلبه ان المولود في دار
 عمران فجا مع اعوانه واكبس
 الدار وقال ان هذا مولودا فقالت
 اخت موسي كيف يكون هذا مولود
 وعمران محبوس عندكم منذ كنا
 وكنا فشتيمها ولم يسمع منها وفتشوا
 اعلا الدار واسفلها وزواياها وخرقها
 حتي وصل الي التنور فراه مسجورا
 وان مولود لا يكون فيه فلما رجعت ام
 موسي فانها هي بالاعوان والحواسيس
 خارجين من بيتها فكادت روحها
 ان تزهق من الخوف وقالت ان
 ولدي

ولدي في التنور فاسرعت ورات
التنور مسحورا فلطمت وجهها وقالت
ما نفع الحذر مع القدر احرقتم
ولدي فناداها موسي من جوف
التنور يا اماء لا تخافي علي فان
الله منع النار عني فادخلي يدك
واخرجيني فان الله يصرف حرها
عنك كما اصرفها عني ففعلت
ذلك واخرجته فلم تمسها النار

Mater vero ejus, quotiescunque ob negotia domo egrediebatur, ipsum in furno, obturato orificio ejus, occulebat, ne quis de illo aliquid rescisceret. Quodam ergo die foras proditura in furno eum destituit; soror vero ejus, qua farinam depserat, succenso igne furnum calefecit, ignara Mosen in illo esse. Incidit tum Hamani suspicio natam illam prolem esse in adibus Imranis; (Amrami) assumtis ergo sociis eo se confert, turbataque domo, ait: Hic natus est filius. At quo-

quomodo hic natus sit filius, respondebat soror
 Mosi, cum Imrân tanto jam temporis interval-
 lo apud vos detineatur? Sed increpuit eam, ne-
 que ipsi auscultavit; cumque & superiora domus
 & inferiora conclavia perlustrasset, omnesque
 ejus angulos & cellas perreptasset, tandem ad
 furnum devenit, eumque igne collucentem cer-
 nens puerum ibi non esse cognovit. Rediens ve-
 ro mater Mosi, cum socios illos & explorato-
 res ex adibus suis exeuntes cerneret, pene ex-
 animata est metu, dixitque: Filius meus est in
 furno. Deinde propere accedens furnumque
 igne collucentem conspicata, faciem suam per-
 cussit, dixitque: Nihil prodest circumspectio ad-
 versus fatum; etenim filium meum cremavistis.
 Tunc inclamavit eam Moses e medio furno: Ma-
 ter mea, ne mihi timeas; etenim Deus ignem a
 me arcuit: tuique admota manu eripe me flam-
 mis, quarum calorem sicuti a me Deus repulit,
 ita te quoque ab eodem defendet. Quod fecit
 mater, ita ut ignis eam non tangeret. Hama-
 nem istum Pharaonis *segeny*, alibi commodius
 considerabimus: hic obiter liceat addere, ex Abu
 'Ikasimi expositione nominum priorum Alco-
 rani, genealogiam Mosi, ejusdemque nominis

موسى ابن عمران وهو: ἔτιμον:

بالعبرانية عمران ابن فاهت ابن
 عازر

عازر ابن لاوي ابن يوسف وسمي
 موسي لان التابوت الذي كان فيه
 حين التقطه ال فرعون وجد في
 ما وشجر والمو هو الما والشا هو

Mosès filius Imrâni, qui
 Hebraïce Amram dicitur, filii Fâbith, (cor-
 ruptum hoc ex קהת Kahath) filii Azir, filii
 Levi, filii Jacobi. Vocatus autem est Mûsa
 (ita pronunciant Arabes) quia cista, in quare-
 pertus est, quando familia Pharaonis eum sustu-
 lit, inventa est in aqua & in arbore. Nam MU
 lingua ipsorum aquam, SA vero arborem no-
 tat. Familiare sane est Arabibus nomina propria,
 quæ in sacro textu occurrunt, mirum in modum
 fœdare, imo plane iis diversa substituere. Sic
 matrem Mosi, quæ יוכבד Jochebed in sacris
 literis vocatur, Keffæus vocat دخايد Nechâ-
 jid; sed Abu 'Ikâsimo ἐν δὲ οὐκ αἰνῶς ἰσχυρῶς.
 ام موسي اسمها دياوذا وقيل اثارخت
 Mater (ait) Mosi dicta fuit Jâvo-
 châ vel juxta alios Atarchat. sed Deus optime no-
 vit.

vit. Nomen Atarchat varie posset legi, quia deest in exemplari, quo utor, secundæ literæ punctum diacriticum.

Pag. 89. *Virtutem Dei in te habitare.* Ita semper spiritus vertiginis docuit τὰς Μαριολά-
της opera solius Dei virtute perficienda creatu-
ræ adscribere, & matrem filio exæquare. Sic
infra p. 101. quæ a lepra mundata fuerat, ait:
*Mundavit me Domina Maria, mater Jesu
Christi.* Hinc ansa data Judæis pariter & Mo-
hammedanis Christianos fœdissimæ idololatriæ
accusandi.

Pag. 111. *Judas Ischariotes.* Occasio fabulæ
ex Luc. xx 11. 3. & Joh. xi 11. 27. ubi Satanæ in
illum ingressus esse dicitur.

Ibid. *Ex luto formas fingeant.* Hoc quoque
putidum & puerile commentum Alcorano suo
inseruit Mohammed, & ipsum Christum hoc
modo loquentem introducit cap. 111. 43.

اني قد جيتكم باية من ربكم

اني اخلف لكم من الطين

كهية الطير فانفخ فيه فيكون

طيرا *Affero ad vos, (o filii*

*Israël) signum a Domino vestro; creabo vobis ex
luto quasi figuram avis, & inspirabo illi hali-*

tum,

tum, ut evadat avis permissione Dei. Capite vero V. c. 109. & 110. ita Deus ipse Christum

alloquitur: يا عيسى ابن مريم انكر
 نعمتي عليك وعلمي والدتك ان
 ايدتك بروح القدس تكلم الناس
 في المهد وكهلا وان علمتك الكتاب
 والحكمة والتوراة والانجيل وان
 تخلق من الطين كهية الطير
 بازدي فتنفخ فيها فتكون طيرا

بازدي O Isa, fili Marjam, memento gratia
 mea, in te & genitricem tuam effusæ, quando
 corroboraui te per Spiritum Sanctum, cum incu-
 nis, jacens & postea juvenis homines alloquere-
 ris: & quando docui te librum & sapientiam,
 & legem & Euangelium; & quando creasti ex
 luto quasi figuram avis permissu meo, eamque
 afflasti, ut volente me volucris evaderet. &c.
 Hanc vero avem vespertilionem fuisse volunt in-
 terpretes. Sic Gialaloddinus ad hunc locum:

فخلق

G 2

فخلق لهم الخفاش لانه اكمل
الطير خلقا فيطير وهم ينظرون
فان غاب عن اعينهم سقط ميتا

Creavit vero illis vespertilionem, quia is natura avium est perfectissimus; & volabat ille, quando ipsum intuebantur, sed subductus oculis illorum mortuus concidebat. Vide & Bocharti Hierozoicon, capite de vespertilione. Hinc olim Saracenus ad fidem Christianam transiens, antequam inter Catechumenos reciperetur, præter alia multa hæc quoque verba pronunciare tenebatur: Αναθεματίζω τὴν ἑ Μωάμεδ Φλυαρίαν, τὴν λέγονσαν ὅτι Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς ἑ Μωσέως καὶ Ααρὼν ἐγγενῆς ἃ. εὐ σπορεῖς ἐν ἑ λόγῳ τῷ Θεῷ καὶ ἑ πνεύματι & καὶ ἐπὶ νήπιον ὡς πετεῖν ἃ ἐκ πηλῷ ἐπλασθένει. καὶ ἐμφυσῶν ἐποίει αὐτὰ ζῶα. &c. Anathematizo Mohammedis futilitatem, qua dicit Dominum Deumque nostrum Jesum Christum, e Maria Mosi & Aaronis sorore absque semine natum esse, (conceptum) de verbo ac Spiritu Dei: & cum adhuc infans esset, volucres e luto finxisse, inflatuque suo animantes illas reddidisse.

Pag. 113. *Veneficus est.* Ita in Alcorano loco modo citato cap. v. 110. subjicitur. فقال

الذين

الذين كفروا منهم ان هذا الا

سحر مبین *Sed dicebant infideles ex illis:*

Non est hoc nisi fascinum manifestum. vel ut alii

legunt teste Gialaloddino: ساحر مبین

Non est iste nisi veneficus manifestus. Idem re-

petitur commate sexto Capitis Lxi. a Clarissimo

Golio editi: *Postquam ad eos venisset* (Chri-

stus) *cum evidentibus signis*, (i. e. miraculis,

creans volucres, resuscitans mortuos, mundans

leprosos &c.) *dixerunt: Hoc fascinum est ma-*

manifestum. Eandem cantilenam, & quidem le-

pido cum episodio, canit Kessaus; postquam

enim narraverat, Christum, ut doctrinam suam

coram infidelibus Judæis signo aliquo confirmaret,

Semum Patriarcham e mortuis excitasse, ita pergit:

فقالوا القوم هذا سحر فاذيننا جاية

اخرى قال وما تريدون قالوا اخبرنا

بما تدخر ودينا ناكل في بيوتنا

فاخبرهم بذلك ولم يومنوا فانصرف

فلما كان من الغد اقبل اليهم

فقالوا

فَقَالُوا قَدْ جَاءَ السَّاحِرُ فَسَمِعْنَاهُمْ
عِيسَى فَشَقَّ عَلَيْهِ ذَلِكَ فَقَالَ اللَّهُمَّ
إِذَا كُنْتَ تَعْلَمُ أَنَّهُمْ نَسَبُونِي وَأُمِّي إِلَى
السَّحَرِ فَالْعَنِهِمْ لَعْنًا كَثِيرًا
فَامسُخْهُمْ اللَّهُ خَنَازِيرَ فَعَاشُوا ثَلَاثَةَ
أَيَّامٍ ثُمَّ مَاتُوا فَأَنْتَشَرَ ذَلِكَ فِي الْيَهُودِ
فَهَمُّوا بِقَتْلِهِ فَلَمْ يَقْدِرُوا عَلَيْهِ ذَلِكَ

Tunc dicebat populus : Hæc magia est ; profer nobis aliud signum. Dicebat Jesus : Quid ergo desideratis ? Respondebant : Indica nobis, quid reposituri simus, & quid comesturi in adibus nostris. Quod cum indicasset ipsis, nec tamen crederent, abiit : postera vero luce cum ad ipsos rediret, dicebant : Ecce, magus ille adest. Hoc ergo audiens Jesus & graviter ferens, O Deus, inquit, tu nosti, quod me & matrem meam veneficii arguerint ! itaque penitus illos execrare. Tunc mutavit eos Deus in porcos, & cum triduum supervixissent, mortui sunt. Hoc cum per Judeam divulgaretur, voluerunt eum occidere, sed non potuerunt. Nemo non videt expressa hæc esse ex Job. capite VII. ubi κατὰ

ἐγὼ quidam Judæi Servatorem nostrum δαίμον-
ιον ἔχειν demonium habere affirmant.

Pag. 115. *Officinam tinctoris.* Apud Persas
quoque παῖδ' ista Christi miracula percrebui-
se, patet ex iis, quæ leguntur in *Angeli de la*
Brosse Lexico Persico, ad vocem *Tinctoria ars*:
طفولیت Refertur in apocrypho Persarum libro

حضرت مسیح de infantia Christi quod Sal-
vator tinctoriam artem exercuerit. Item quod
unica tinctura pannos cujuslibet coloris exhiberet.
Quapropter hunc tinctores Persæ pro patrono ve-
nerantur; خانه مسیح tinctoriam domum

officinam Christi appellant. Liber iste Persicus
mihi hactenus non visus; ex eo tamen, quod
Salvator in eo tinctoriam artem exercuisse di-
citur, conjicio illum Mohammedanis potius con-
cinere, quam nostro huic auctori. Audiamus
Kessaum, ut in promptu sit cuilibet comparatio-

فوق في قلب مريم ان
تسلم عيسى الي معلم يعلمه صنعة
يصطنعها فانطلقت به الي الصباغ
فقال له خذ هذا الغلام وعلمه
شيئا

شيئا من صنعتك فاحذره منها وقال
 له ما اسمك فقال اسمي عيسي
 ابن مريم فقال له يا عيسي خذ
 هذه الحجرة واملا من هذا النهر
 واملا هذه النقاير كلها وخذ هذه
 الاصباغ وعد عليه عدة الاصباغ اللتي
 يعملها في النقاير والوان الثياب
 وتركه وانصرف الي منزله فعمد
 عيسي الي النقاير فملاها ما وجعل
 ذلك الاصباغ في زقيرة وعمد الي
 الثياب كلها فالتقاها فيه وانصرف
 الي امه فلما كان من الغد جا
 الصباغ فنظر الي ما فعل عيسي
 فلطم وجهه وقال يا عيسي اهلكتنني
 وافسدت

وافسدت متاع الناس فقال له عيسى
 ما عليك ولكن ما دينك قال
 يهوديا فقال له عيسى قل لا اله
 الا الله عيسى رسول الله وادخل
 يدريك في هذه الخادبة واخرج كل
 ثوب علي ما يريد صاحبه فامن
 العذباغ بالله وبعيسى وفعل ذلك
 واخرج كل ثوب علي ما يريد
 صاحبه ودقي علي ايمانه مع عيسى
 عليه السلام وعلي فبينما هم افضل
 الصلاة وازكي السلام الي يوم الدين

Et subiit animum Maria tradere illum magi-
 stro, qui doceret ipsum artificium, quod exerce-
 ret. Itaque deduxit illum ad tintorem, &
 Accipe, inquit, hunc puerum, & illum doce
 aliquid de artificio tuo. Accepit eum tintor, &
 dixit ei: Quodnam est nomen tuum? Respondit
 ille: Nomen meum est Isa Ibn Marjam. Dixit
 illi:

illi: O Isa, cape hydriam, & postquam eam ex fluvio impleveris, imple etiam omnes hosce lacus, & accipe hac pigmenta. Porro enumeravit illi tincturas, quas in lacubus pararet, & colores, quibus vestes imbueret; & relicto illo in conclave suum discessit. Jesus ergo ad lacus accedens, aqua eos implevit, pigmentis vero in unum ex illis coniectis vestes omnes superinjecit, & ad matrem suam abiit. Postera vero die cum adesset tinctor, &, quæ fecerat Isa, videret, impacta illi alapa, O Isa, inquit, perdidisti me, & vestes hominum corrupisti. Dixit illi Isa: Nihil hoc te moveat; sed quenam est religio tua? Respondit: Judeus sum. Ait illi Isa: Dic, Lâ Ilâh illâ 'llâh, Isa resûlo 'llâh, (Non est Deus, nisi Deus; Isa est Legatus Dei) &, inserta huic cortinæ manu tua, educ singulas vestes eo colore imbutas, qui possessoribus placet. Cum ergo tinctor crederet in Deum & Isam, & rem aggredere, singulas vestes ad lubitum possessorum tinctas eduxit; & permansit in fide cum Isa, super quo pax! & super prophetam nostrum Mohammedem præstantissima benedictio, & purissima pax, usque ad diem judicii!

Pag. 119. Jesus manum suam versus illud extendebat. Anilia rursus commenta, & absurdissimæ fabulæ! Patres quidem nonnulli Servatorem nostrum in opere fabrilis Josephum adjutasse referunt, & præ cæteris Justinus Martyr
dial.

dial. cum Tryphone Judæo, p. 247. Ταῦτα γὰρ
τὰ τεκτονικὰ ἔργα (legunt alii ὄργανα) εἰργάζετο
ἐν ἀνθρώποις ὧν, ἄροτρα καὶ ζυγά. διὰ τῶν καὶ
τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων, καὶ ἐνεργῶ
βλῶν. *Hæc enim fabrilia opera (vel instrumen-
ta) faciebat, cum inter homines versaretur, a-
ratra & juga, etiam per hæc docens symbola ju-
stitiæ, & vitam minime otiosam.* Sic Basiliius,
Chrysostomus, alii; quos vide apud Barradium
Jesuitam Histor. Euang. Tom. I. l. x. cap. 15.
Sic Centuriatores Magdeburgenses Cent. I. l. I.
c. 10. non verisimile putant adolescentiæ suæ an-
nos Jesum in ignavo otio transegisse: sed pro-
babile credunt ipsum, ut in omnibus singularem
humilitatem præstaret, Josephum, qui erat archi-
tectus, diligenter in faciendis operis juvisse: ideo-
que dici *fabri filium* Matth. xii. & *fabrum*
Marc. vi. Hæc verò licet non sit ἀνέγερτα,
incerta tamen sunt & ἀγνοῦντα; & longe veri-
similius ætatem priorem Christo in precibus &
piis meditationibus, & præparatione ad augu-
stum illud munus exactam, ut bene tradit Span-
hemius Pater dub. Euang. parte II. Dub. 96.
Videatur & Baronius ad A. C. xii. n. 7.

Pag. 125. *Pastorem vestrum.* Pessime & blas-
pheme ex Joh. cap. x. hæc translata, ut pastori-
tium ejus munus ad lusus pueriles & nefandas
præstigias applicaretur.

Pag. 127. *Mense Adar.* Mensis hic Judæo-
rum

rum duodecimus, ut notum, partim Februario nostro, partim Martio respondet. Videtur autem diem aliquem solennem auctor innuere, quem tamen non definit. An festum *Purim*, i. e. *sortium*, intellexerit, quod in hunc mensem incidit, affirmare non possum, neque tanti est in ista inquirere.

Pag. 135. *Meus discipulus*. Libet hic obiter nomina duodecim discipulorum, eorumque vocationem ex sententia Mohammedanorum inferere; ut pateat homines istos, a spiritu mendacii edoctos, nunquam non scripturæ contradicere. Ita ergo illorum nomina recenset Kessæus:

سمعان. ولوقا. ويطرس. وثوما. ومثي.

وچودنا. وچعقوب. وچونس. وچرجيس.

Simeon. Lucas. وچودنا. وچنيدين. وچولص.

Petrus. Thomas. Matthæus. Johannes. Jacobus. Jonas. Georgius. Hannas. Honein. & Paulus. Judam Ischarioten, cujus supra noster fecit mentionem, hic omittit, aliosque *παρεσβιτους* intrudit. Dicuntur autem Apostoli Mo-

hammedi & asclelis ejus *الحواريون Al-Hawariyun*, à *حور candore*; cujus appellationis varias rationes vide in Compend. Histor. Werneri

neri p. 35. & notis Golii ad Cap. Lxi. Alcorani. quamvis Amplissimus *Ludolfus* ab eadem radice *Æthiopica*, notione *mittendi* derivare conetur, ut *Hawary* idem sit quod *Apostolus*. Mohammedanorum plerique explicant per

قصارين *fullones*, aut *vestium dealbatores*.

Vocationem illorum ita narrat *Kessæus*:

بينما عيسى علي ساحل البحر

أن هو يقوم قصارين فوق عليهم

وقال لهم تقصروا هذه الثياب ولا تفعلوا

ذلك بقلوبكم فامنوا به وشهدوا

بنبوته *Cum versaretur Jesus in littore maris,*

vidit homines fullones, & consistens juxta illos

dixit: Dealbatis vestes istas, neque idem cordi-

bus vestris facitis? Ergo crediderunt in illum,

& testes prophetiae ejus fuerunt. Sic vertiginosi

isti mortales ubique causam suam produnt, ve-

ritati, omnium seculorum testimonio compro-

bata, tam aperte contradicentes.

Pag. 137. *Qui in lecto ludebant.* Fabellam

hanc aliter rursus narrat *Kessæus*, hac rubrica:

Historia de عيسى والقاضي

su & Judice. Sic autem ille : ونشأ عيسى

في احسن نشيئة فبينما هو ذات
يوم يلعب مع الصبيان ان وثب
منهم غلام علي غلام فركبه ثم
وكزه برجله فقتله فجاوا اهله
وذعلقوا بالصبيان وعيسى معهم
ورفعوهم الي القاضي وجاءت مريم
خائفة علي ولدها فقال القاضي
من قتل هذا الغلام قالوا قتله
عيسى فقال له القاضي لما قتلتك
فقال له عيسى ايها القاضي اراك
حاكما جهولا كان وجب عليك
ان تقول هل قتلتك ام لا فقال
القاضي اراك عاقلا فما اسمك قال
اسمي

اسمي عيسى ابن مريم فقال له
 يا عيسى لما قتلتك قال له عيسى
 الم انهك في الاولى عن هذا اللفظ
 ثم ندي عيسى من الميت وقال له
 قم باذن الله فاستوي قائما فقال له
 من قتلك قال فلان وهذا عيسى بري
 من ندي ثم مات فقتلوا القلام فيه
 Et adolescebat Jesus optime; & cum die quo-
 dam luderet cum pueris, insiliit puerorum qui-
 dam in alterum, & in ipso equitavit, eumque
 pede trusum interfecit. Advolabant itaque pa-
 rentes ejus, & pueris instabant, (& Jesus erat
 cum illis) eosque ad judicem ducebant. Aderat
 quoque Maria, filio suo metuens. Interrogabat
 autem judex: Quis interfecit hunc puerum? Re-
 spondebant: Jesus illum interfecit. Tum ju-
 dex: Quare interfecisti illum? Inquit Jesus:
 O judex, video te stultum esse judicem; deceret
 enim te prius rogare, utrum illum interfecerim,
 annon? Cui judex: Video te sapientem esse; sed
 quodnam tibi est nomen? Jesus, ait ille, vocor,
 filius Maria. Iterum judex: Quare interfeci-
 sti

sti illum, o Jeshu? Respondebat Jeshus: Nonne jam prius te monui, ne ita loquereris? Deinde ad mortuum accedens Jeshus, dicebat illi: Surge permissu Dei. cumque in pedes surrexisset, interrogabat illum: Quis te interfecit? Respondebat ille: O deūa me interfecit; iste autem Jeshus nihil in me criminis admisit. Tunc concidit mortuus; & pro illo puerum interfecerunt.

Pag. 143. Zacchæus. In Gemara Sanhedrin præceptor Jeshu vocatur יהושע בן פרחיה Jeshua filius Perachia; si tamen hic Jeshus idem est cum Servatore nostro, quod recutiti quidam doctores diffitentur. Aliter rursus in Tholedoth Jeshu p. 5. ויגדל הנער ושכרה לו אמו רבי ושמו אלחנן וילמד את הנער והיה לו לב טוב להבין Succrescente puero mater ei magistrum conducit Elchananem nomine, qui doceret puerum. erat vero illi ingenium bonum ad res intelligendas.

Pag. 145. Præcepit ut Aleph diceret. Antiquissimæ sunt istæ nugæ, & jam apud Irenæum leguntur libro 1. adversus hæreses cap. 17. Πρὸς τοῖς τέτοις ἀμύμητον πληθύνοντο δοκρούφων καὶ νόθων γραφῶν, ὥς αὐτοὶ ἐπλάσαν, παρεισφέρουσιν εἰς κατὰ πλῆξιν τῶν ἀνοήτων καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ὁμιλουμένων γραμματα. Προσπαλαμβάνουσι δὲ εἰς τὸ το κακῆναι τὸ ῥαδιέρημα, ὥς ὁ Κυρίως τὰ διὰ τοῦ διδασκαλῆς αὐτῶ φήσονται, καθὼς ἐστὶν, Εἰπέ

Εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα. Πάλιν τε τὸ
 βῆτα ἔδιδασκάλῳ κελεύσαντι· εἰπεῖν, ἀποκρίνα-
 σθαι τὸν κύριον, Σὺ μοι πρότερον εἶπε, τί ἐστὶ τὸ
 ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ τί ἐστὶ τὸ βῆτα. καὶ τῷτο
 ἐξηγῶνται, ὡς αὐτὲς μὲν τὸ ἄγνωστον ὁπσιμαμὺς,
 ὃ ἐφανερώσεν ἐν τῷ πύπῳ ἔ ἄλφα. Præterea ve-
 ro ineffabilem multitudinem apocryphorum & spu-
 riorum scriptorum, quæ ipsi finxerunt, obtrudunt
 ad obstupesciendum rudiores, & veritatis lite-
 ras ignorantes. Hunc in finem illam quoque so-
 lertiam adsumunt, quod Dominus, cum præce-
 ptor pro more ipsi dixisset, Dic Alpha, respon-
 derit Alpha. Rursus cum Beta pronunciare jus-
 sisset præceptor, respondisse, Tu mihi prius dici-
 to, quid sit Alpha, & tunc tibi dicam, quid
 sit beta. Atque hoc ita explicant, quasi ipse
 solus ignota noverit, quod in typo literæ Alpha
 manifestaverit. Lepide vero hanc fabulam in-
 terpolavit Kessæus, quasi Arabice Christus locu-
 tus singularum literarum vim, imo ipsa frivola
 Mohammedis insomnia magistro suo explicuisset.
 Ubi in antegressum notandum est, Arabes juvan-
 dæ memoriæ causâ Alphabetum per vocabula quæ-
 dam ficta (idque juxta Alphabeti Hebræici or-
 dinem) distribuere. (qua de re vide Grammati-
 cam Erpenii, & Pocokii orationem de lingua Ara-
 bica) scil.

ا ب ج د Ebgjad, ه و ز Howaz,

س ص ز ه ح ط

سعفص Kolman كلمن Hotai حطي
 Saaphas, ثخن Karschat قرشت
 Dhadhag. Connectuntur vero ista im-
 mediate cum iis, quæ de Jesu & iudice superius
 allata. ثم ان مريم اخذت عيسى
 واذهلت به الي منزلها وقالت له
 يا ولدي اذهلق الي المعلم فلعلم
 فتعلم منه شيئا فقال لها ان ربي
 غناني عن تعليم المعلمين وقد
 علمني التوراة والانجيل وانا في
 بطنك قالت صدقت غير افك تكون
 عنه معلم خير لك فاذهلت به
 الي المعلم فقالت له علم ابني
 مما علمك الله تعالى فقال المعلم
 اقبل يا غلام فقال له عيسى ايها
 المعلم

المعلم انك اجهل لا ينبغي لك
 ان تعلم لك غلام ان لا تعرف
 اسمه قبل ان تعلمه لتدعوه باسمه
 فقال له ما اسمك قال اسمي
 عيسى ابن مريم قال له يا عيسى
 قل بسم الله الرحمن الرحيم قال
 له ما هذا يا معلم قال له قل
 كما يقال لك فقال بسم الله
 الرحمن الرحيم قال له المعلم قل
 ابحد فقال وما ابحد فغضب المعلم
 فقال له عيسى لا تغضب فقال
 وكيف لا اغضب واذا سالتني عن
 ما لا علم لي به فقال يا معلم قل
 حتي تتعلم لان الانسان خلق ولا
 علم

علم له قال صدقت وما ابدى ايها المعلم

قم من موضعك حتي تقعد فيع واعلن

Deinde Maria adsumsit Jesum, & cum illo domum abiit, dixitque ei: Mi fili, Abi ad praeceptorem, ut aliquid ab illo discas. Respondit ille: Atqui Deus providit, ut praeceptorum doctrina non indigeam; siquidem docuit me Legem & Evangelium, cum adhuc in utero tuo essem. Et illa, Credo, ait; attamen melius tibi erit aliquid ab illo didicisse. Et deduxit illum ad praeceptorem, & dixit illi: Doce filium meum aliquid de iis, quae te docuit Deus supremus. Dixit ergo praeceptor: Accede, o puer. Cui Jesus, O praeceptor, ait, video te stultum esse; non te decet, quando puer aliquis tibi erudiendus traditur, nomen ejus ignorare antequam illum docendum suscipias, ut suo eum nomine compellare queas. Dixit illi: Quodnam est nomen tuum? Dixit: Nomen meum est Jesus filius Mariae. Dixit illi: O Jesu, dic Bismi 'llâhi 'rrahmâni 'rrahîm. **IN NOMINE DEI MISERATORIS MISERICORDIS.** Et dixit illi: Quid hoc est, praeceptor? Dixit illi: Dic, prout tibi dicitur. Et dixit: Bismi 'llâh &c. Et dixit illi praeceptor. Dic EBG IAD. Et dixit: Quid vero est EBG IAD? Tunc iratus est praeceptor, & dixit, illi Jesus: Noli irasci.

Et

Et dixit: *Quomodo non irascar, cum eam roges, quæ prorsus ignoro? Et dixit: O præceptor, dic, priusquam didicerim; nam homo sine scientia est creatus. Dixit: Credo, sed quid est EBG IAD?* (Respondit Iesus) *O præceptor, surge ex cathedra tua, ut nos in illa sedeamus; nam ego te docebo. Sequitur ipsa singularum literarum explanatio, quam, ut nimiam vitemus prolixitatem, Latine tantum adscribemus. Quod cum fecisset præceptor, dixit Iesus: Quod spectat in EBG IAD, ELIF est Lâ ilâh illâh. Non est Deus, nisi Deus. BE est Behâo 'llâh Pulchritudo Dei. GIIM est Gialâlo 'llâh Majestas Dei. DAL est Dîno 'llâh, Judicium Dei. (vel Religio Dei.) Dixit præceptor: Bene dixisti, o Iesu, sed quid est HOWAZ? Respondit: HE est Huwa 'llâh Ipse est Deus. WAW est Weil lilmocadhhibîn Væ illis, qui prophetas mendacii arguunt. ZE, Zebânîa giahennam Satellites gehennæ. Dixit præceptor: Credo; sed quid est HOTAI? Respondit: HA est Hatto 'lchatâja 'anî 'lmodhhibîn, Ablatio criminum a peccatoribus. TA est Arbor in paradiso, quæ TUBA dicitur. JE est Jedo 'llâh 'alâ chalkihi, Manus Dei super creaturas suas. Dixit præceptor: Credo, sed quid est KOLMAN? Respondit: KEF est Kelâmo 'llâh, Verbum Dei. LAM est Licâ, Mutuus occursus filium in paradiso. MIM*

I 3

est

est Molco 'llâh, *Regnum Dei*. NUN est Nî-
lâ, *Uxores fidelium in paradiso*. Dixit præ-
ceptor: Credo, sed quid est SAAFAS? Re-
spondit: SIN est Sirro 'llâh, *Arcanum Dei*.
'AIIN est 'Ilmo 'llâh, *Scientia Dei*. FE est
Efâlôho 'lgiamîla, *Opera ejus pulchra*. SAD
est Sâdik, *Verax in dictis & factis suis*. Dixit
præceptor: Credo, sed quid est KARSCHAT?
Respondit: KAF est Kadrato 'llâh, *Potentia*
Dei, (Omissa hic est, culpa librarii, in exem-
plari, quo utor, explicatio literæ RE, quæ

facile suppleri potest per voces روى الله

Resûlo 'llah *Legatus Dei*) SCHIN est Me-
schîya allâh, *Voluntas Dei*. TE est Teâlâ,
supremus (scil. Deus). Dixit præceptor: Credo,
sed quid est THECHADH? Respondit:
THE est Thobûta, *Constantia*. CHA est
Châlik, *Creator omnium rerum*. DHAL est
Dhû 'lbetschi 'lschedîd, *Qui graviter affligit*.
Dixit præceptor: Credo, sed quid est DHAD-
HAGH? Respondit: DHAD est Dhyâwo-
ho, *Lumen ejus*. DHA est Dhohûro 'lemr,
Prævalentia mandati (divini) *super omnia*.
GAIIN denique est Gâlib émroho, *Vincit*
mandatum ejus omnia. Dixit præceptor: Cre-
do, & bene dixisti. & prehensa manu ejus ad
matrem Mariam illum abduxit, dixitque ei:
Ac-

Accipe filium tuum, qui me docuit ea, quæ ignorabam: quippe qui omnium mortalium est sapientissimus. Ut autem videat lector pleraque horum ex Alcorano desumpta esse, pauca tantum hic delibabimus, & unde decerpta sint innuemus. *Zebânia giabennam*, Satellites gehennæ, sunt dæmones, sive juxta alios angeli, quos advocaturum se die novissimo minatur Deus infidelibus, si auxilium ipsi a sodalibus suis petant. Cap. Alc. xcvi. c. 17. 18. *Hatto 'lchatâjâ*, Ablatio criminum a peccatoribus, occurrit Capite II. c. 54. ubi præcipitur Israelitis, ut urbis (Hierosolymam nonnulli, alii Hierichuntem intelligunt) portam intrantes dicant **هَاتُوا** HIT-TA; (id est, explicante *Gialaloddîno*) **هَاتُوا لَنَا** *Aufer a nobis peccata nostra*) additurque illos aliter, quam præceptum fuerat, dixisse. (nempe **هَاتُوا** HINTAH i. e. **חִטָּה** *triticum*; uti semper a spiritualibus ad res mundanas declinabant.) *Tuba arbor Paradisi* notissima est ex Pocokio & Hottingero. **نُصَابَا** *Uxores fidelium in paradiso*, sunt illæ decantatissimæ in Alcorano **حُورٌ عِينٌ** Hur-
in,

ἴν, i.e. ἐλκώπιδες, βοώπιδες, *nigris & praegrandibus oculis praeclatae puellae*, quas utique virgines fore suis promittit, Cap. LV. c. 74.

لم يطمئن اقس قبلهم ولا جان

Neque enim demonum quisquam vel hominum illas prius subagitavit. Has a Sergio sive Bohira praëptore suo accepit Mohammed, sicuti tradit auctor actorum Sergii: M O H. Hac quando illis exposuero, si dicant mihi, Edeamus, & bibemus, nec uxores ducemus? quid respondebo illis? BOH. Hoc sane diffile est: æquum tamen est, ut pro viribus & capacitate ingenii illorum ipsis indulgeas. quemadmodum infans primum lac sugit, deinde puer factus leni cibo vescitur, & paulatim adolescens vir perfectus evadit. Bene ergo, o Mohammed, dic illis, fore in paradiso puellas formosas, easque viris nupturas. Cætera ubique in Alcorano sunt obvia.

Pag. 147. *Ante Noachum.* Sic apud Lucianum Cupido dicitur Ἰαπετὸς πρεσβύτερος & *Japeto antiquior.* in dial. Jovis & Cupidinis.

Pag. 151. *Messias cujus est filius?* Versutiam hominis, imo sacrilegam audaciam! Quæ Phariseis proponit Christus *Matth. XXI. 41. & seqq.* pessime huc transfert veterator.

Ibid. Libros & Legem. Licet modo gene-

ralius libros dixerit, hic tamen per الكتب

Alcutob libros, הכתובים τα ἀγιόγραφα vulgo dicta intelligenda videntur, quia Lex & Prophetæ seorsim memorantur. Quot vero libri facri ex sententia Mohammedanorum cœlitus sint demissi, ex Jacob Ben Sidi Aali tradit *Gabriel Sionita*, libello de Urbibus &c. Orientalium, cap. xiv. & ex eo *Hostingerus* Hist. Orient. l. 11. cap. 4. Nempe civ. quorum x. demissos esse ad Adamum: L ad Sethum: XXX ad Enochum: X ad Abrahamum: I. (Legem) ad Mosen: I. (Psalms) ad Davidem: I. (Evangeliū) ad Isam (*Iesum*): I. (Alcoranum) ad Mohammedem. Verum ut pateat lectori, in nullo fere dogmate Muslimos convenire, neque hoc universaliter esse receptum, adscribam hic, quæ ex traditione ابن عباس *Ibn Abbās* referuntur: جملة الكتب المنزلة:

علي الانبياء عليهم السلام ماية
كتاب واربعة عشر كتابا فمنها
علي ادم عشرون صحيفة والاصحيفة
هي كتاب وعلي شيت خمسين
صحيفة

صحيفه وعلي خنوخ اوردس ثلاثون
 صحيفه وعلي ابراهيم الخليل عشر
 صحايف وعلي موسي التوراة وعلي
 داود الزبور وعلي عيسي الانجيل
 وعلي نبينا محمد صلي الله عليه
 وسلم الفرقان ومن المفسرين من
 يقول ان الكتب المنزلة ماية كتاب
 واربعه وعشرون كتابا ويزيد فيها
 عشر صحايف اذ لها الله علي
 نبيه موسي قبل التوراة ويحتج
 بما جا في سورة الاعلا ان
 هذا لفي الصحف الاولى صحف
 Summa librorum ad Pro-
 phetas caelitus demissorum CXIV. ex quibus XX.
 volumina (id est libri) demissi sunt ad Ada-
 mum;

num; ad Sethum L; ad Henochum (i.e. Idri-
sum) XXX; ad Ibrahimum AL-CHALIL
X; ad Mosen Lex; ad Davidem Psalmi; ad
Isam Euangelium; & ad Prophetam nostrum
Mohammedem, cui clemens & propitius sit
Deus, Al-Forkânus. Nonnulli tamen inter-
pretes CXXIV volumina dicunt fuisse, & de-
cem addunt, quæ ad Mosen prophetam suum
Deus prius, quam Legem התורה, demiserit.
Probant hoc ex eo, quod dicitur in Surata Al-
Aala: (cap. LXXXV 11. c. 18. 19.) Hæc sanc-
scripta exstant in voluminibus antiquis, volumi-
nibus Ibrahimî & Mosis. Abrahamum Arabibus

AL-CHALIL vocari, & plenius خلیل

الله CHALIL ALLAH amicum Dei,
sicuti in epistola Jacobi 11. 23. φίλος &
Θεός dicitur, observavit in Lexico suo Go-
lius. Observa igitur in Itinerario Benjaminis
אברהם אלכליל, quod Celeberrimus L'Em-
pereur vertit Abrahamum perfectum, reddend-
um fuisse Abrahamum Amicum, nisi vocem
ipsam Arabicam, quam Hebræam ille putavit,
retinere maluisset. Cæterum ut in omnibus fe-
re, ita quoque in investigando nominis Abra-
hami etymo nugantur Ambes. Sic Abu'lcaſimus:

كثيرا ما يقع الاتفاق بين
السردياني

السريرياني والعربي الا تري ان
ابراهيم عليه السلام تقسميره اب
راحم لرحمته بالاطفال ولذا لك جعل
هو وزوجته سارة كافلين لاطفال
المؤمنين الذين يموثون صفارا الي يوم

Sapenumero concinunt lingua Syriaca

Arabica: annon vides Ibrahim, super quo
pax! notare Ab rāhim patrem misericordem, ob
misericordiam vel tenerum affectum in infantes?
Et propterea constitutus est ipse cum Sara uxore,
qui curam gerat infantium fidelium, qui parvu-
li moriuntur, usque ad diem resurrectionis.

Pag. 153. Quis, putas, puer iste erit? Hoc
Luc. 1.66. de Johanne Baptista dicitur.

Pag. 157. In domo patris mei. Luc. 11.49.
Sed ibi legitur ἐν τοῖς & πατέρος μου. in iis, quæ
sunt patris mei. Noster hic concinit Syro in-

terpreti, qui ita hæc vertit: لا يدخل انا

في بيت ابي؟ Anigno-

rabatis in domo patris mei oportere me esse? & Per-
sæ, qui totidem fere vocibus ita hæc exprimit:

نمي

نمی دانید که مرا می برارد

Nescitis convenire mihi, ut in domo patris ver-

ser? Vide Grotium ad hunc locum apposite demon-
strantem eandem esse phrasin ἐν τοῖς ὅ πα-
τέρος, & ἐν τῷ οἴκῳ ὁ πατέρος; ita quoque hunc
locum θεωροῦμεν Theophylactus: Οὐκ αὐτός
ἐστὶν ὁ ἀληθὴς μὲν πατήρ, ἢ γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ
ἦμεν. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐστὶ μὲν πατήρ. καὶ διὰ τὸ ἐν
τῷ οἴκῳ αὐτοῦ εἶμι. τέττις ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Non
est ille (Josephus) verus meus pater; sic enim
in domo ejus essem: sed Deus est pater meus, &
in domo ejus sum. hoc est, in templo ejus.

Pag. 159. Ab hoc die miracula &c. oculere
cepit. Certe captus est. habet. manifestariæ
fraudis tenemus hominem. Urit illum conscien-
tia, & divinitatem agnoscit oraculi illius, quod
fundit Johannes Evangelista cap. 11. 11. ἀρχὴν
τῶν σημείων principium signorum fecisse Jesum in
Cana Galilææ; ibi gloriam eum suam manife-
stasse, ita ut discipuli ejus in ipsum crederent.
Sed, scilicet! male instituta ratio exitum repe-
rire nequit. Quasi vero ab adolescente patrata
miracula minus auctoritatis habitura fuissent, aut
majori scandalo esse potuissent Judæis, quam in-
fantilia illa & puerilia, a male feriatis & cerri-
tis hominibus conficta. Imo contra legimus

LUC. II. 52. *περὶ σοφίας καὶ ἡσῶν προέβηκεν τὸν Ἰησοῦν* profecisse *ſeſum* ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Hujus vero ſubitaria mutationis, ſufflamina- tæque in Chriſto divinæ virtutis, neque vola neque veſtigium in ſacris literis apparet.

SPH ALMA, quod ſuperius pag. 4. feſti- natione calami irrepiſit, me admonet, ut, quod alias latius me exſecuturum promiſeram, hic ſal- tem breviter attingam & delibem. Omnino de- lendæ ibi duæ voculæ linea 10. & 11. (*cruciſi- xum aut* :) negat enim in Alcorano ſuo Mo- hammed Chriſtum Servatorem noſtrum cruci ef- ſe affixum, & hac ratione peccata noſtra tuliffe. Capite IV. c. 156. in Judæos invectus ita fatur:

مَا قَتَلُوهُ وَمَا صَلَبُوهُ وَلَٰكِنْ شُبِّهَ لَهُمْ

Non interfecerunt eum, neque cruci affixerunt, ſed viſum hoc illis fuit. & paucis interjectis:

مَا صَلَبُوهُ بَلْ رَفَعُوهُ إِلَىٰ شَجَرَةٍ

Non revera illum interfecerunt, ſed Deus ipſum

ad ſe ſuſtulit. Voces *شُبِّهَ لَهُمْ* Viſum fuit

illis, (ex quibus umbram Chriſti exſculpit au- ctor anonymus Hiſt. Moh., qui exiſtat in Sara- cenicis Sylburgii, pag. 61. *Εἰδὼς αὐτὸς τὴν αὐτῶν ἐκπεριωδῆν ἡ Σωτῆρος ὁμιλοῦν.* Docuit illos profiteri umbram Servatoris crucifixam eſſe. Vide quoque in iſdem Saracenicis *Euthymium Zygabenum* pag. 5.) hoc modo breviter & dilu- cide

cide ~~ἡ~~ *Gialaloddinus* : Vir ille, quem occiderunt & in crucem sustulerunt, qui erat ~~ἡ~~ *sodalis ipsorum*, visus est illis esse Jesus, quoniam ejus formam Deus ipsi induerat. Qua ratione hoc factum velint Muslimi, exponit *Hottingerus* Hist. Eccles. Tom. VII. pag. 415. & seqq. ipsa nugatorum *Kessai* & *Abulnazar* verba referens. *Gialaloddinus* & *Abulnazar* in eo consentiunt, satellitem missum a Rege Israelitarum, ut Christum interficeret, indutum forma ejus supplicium pro illo luisse: at *Kessaus* & *Zamachscharius* (cujus verba vide in compend. *Weneri* pag. 32.) cum, qui interfectus est, ex sociis vel discipulis Christi fuisse volunt. Hæc vero, ut erudite observavit *Forbesius* Institutionum Histor. Theolog. l. IV. c. 7. desumpta sunt ex illis, quæ Basilidem hæreticum somniasse olim narrant *Irenæus* adversus hæreses l. I. c. 23. & *Epiphanius* in Panario l. I. Tomo II. hæresi 24. nempe: Simonem Cyrenæum, qui angariatus crucem Christi portavit, loco ejus crucifixum fuisse; Jesum enim μεταμορφωθέντα transfigurasse Simonem in speciem suam, ipsumque vicissim Simonis formam induisse. Sic jam Simon Magus, teste *Epiphanio* libro I. adversus hæreses, Tom. II. hæc. 21. nugatus erat se filium esse, (Dei scilicet) παῖδόντα ἢ μὴ πεπονθέναι, αἰτὰ δόξεις μί-

νον. neque revera, sed tantum specie tenus passum. Videmus hinc κακῶν κερσέων κατὰ ὧν
fuisse Mohammedem, & vere Simonis & Basilidis αἰρεσιάρχων discipulum. Sed, ὦ γὰρ τί!
quam facile contra vos obtinebimus τὸν ἑρωτᾶ ἡμέτερον ἐσαυρωῶντα, *Amorem nostrum crucifixum esse*, cum sanctissima ista veritas divinis pariter atque humanis testimonis comprobetur? Testantur enim Judæi, qui Servatorem nostrum toties יהוה *suspectum* i. e. crucifixum vocant; testantur gentiles; testantur denique omni exceptione majores Evangelistæ & Apostoli, qui ἄγιοι Θεοὶ ἄνθρωποι ὑπὸ Πνεύματι ἁγίῳ φερόμενοι ἐλάλησαν. *sancti Dei homines locuti sunt agitati a Spiritu Sancto.* Minime ergo opus est cum Euthymio Zygabeno, ad sanguinem Christi a Christianis adservatum confugere, eoque blasphemias Mohammedanorum velle confutare. Apagæ nœnias.

Cæterum diversam plane a paulo ante memorata Christi crucifigendi metamorphosin aliis placuisse Mohammedanis, testatur Golijs, cujus ipsa verba ex scholiis ineditis ad caput 111. Alcorani, quia non ingrata lecturis fore confido, hic appono: Sic ergo ille ad commatis 48. verba sequen-

tia: *ان قال الله يا عيسى اذن متوفيك*
ورافعك الي Quando dixit Deus: O Jesu,

ego te ex vita hujus statione evocabo, & ad me attollam: Mohammed Africanus ait se didicisse ex suis Theologis, Christi animam fuisse ex-
 emtam è corpore, sublatamque in cælos; descen-
 disse autem Angelum in ejus corpus, atque ita crucifixum fuisse. (Hoc videtur inde ortum, quod Angelus cum consolatus dicitur Luc. xxi. 43. quod nonnulli apocryphum habuere, quia illi eo non fuit opus.) Atque inde verum esse, quod Coranus dicit, Christum non fuisse mortuum, quia potior pars hominis anima: erat autem illa Christi anima verbum & spiritus Dei. Vide annon ex hereticis antiquis fuerit quis in hac sententia, nam eam a Christianis videtur hausisse: & ipsa interpretum varia & coacta commentatio in hunc locum satis indicat, aliud quid subesse, quod ipsi ignorant qualia multa sunt alia: An Simonem Cyrenæum sumserint pro eo, qui portavit crucem? &c. Annon hoc a Judæis quibusdam, quia voluerunt hinc excusare Christi resurrectionem, quasi loco Christi alius prehensus esset & crucifixus; ipse autem post apparens occasionem dederit Christianorum fidei? Hactenus Golius. Nos merito hic repetimus verba, quæ olim Saracenis converfis, jamque inter catechumenos recipiendis, præiri solebant: Αναθεματίζω τὴν Ἐμωάμεδ Φλυαε'αν &c. ὅτι ἔτε ἐσαυρώθη, ἔτε κατ' αἰνέθειαν ἀπέθανεν ὡς ἄνθρωπος. αἰκὴ καὶ φαντασίαν μόνην ταῦτα πρὸς τῶν Εβραίων ὑπέστη. Α-

*nathematizo fulem Mohammedis assertionem
 &c. quod neque crucifixus, neque revera ut ho-
 mo mortuus fuerit, sed hac omnia in speciem
 tantum ab Hebrais perpeffus.*

Atque hoc quidem clarius est, quam solis ra-
 dii, quando sudum est, esse solent, Moham-
 medem ignominiosam in cruce Christi mortem
 prorsus negare, atque hac in parte Muslimos du-
 ctoris sui vestigia sequi; sed num quid, omnino
 sine mortis interventu vivum sublatum fuisse Je-
 sum, dicemus fuisse Mohammedis sententiam?
 Sane non videtur, non saltem quando Alcora-
 num confarcinavit; & merito omnes Sunnitas
 & interpretes, a prima magistri sui mente dis-
 cessisse notamus: tam disertis enim verbis mor-
 tem ejus Mohammed innuit, ut mira sit illorum
 hominum audacia. Primo Capite xix. c. 34.
 loco supra citato ipse Christus introducit futu-
 ram suam mortem & resurrectionem prædicens:
 quod qua ratione Muslimi explicent, statim vi-
 debimus; sed Mohammedem id putamus sano &
 scripturis conveniente sensu accepisse primum &
 tradidisse. quippe cum superius ejusdem Capituli
 commate 15. eandem totidem verbis cantilenam
 de Johanne Baptista cecinerit. *سلام عليه*

يوم ولد ويوم يموت ويوم يبعث حيا

*Pax super eum quo die natus est, quo die morie-
 tur,*

etur, & quo die in vitam resuscitabitur. Unde

bene *Gialaloddinus* ad comma 34. يقال فيه

Idem de ما تقدم في السيد يحيى

eo dicitur, quod dictum fuerat de Domino *Jah-ja*, id est, Johanne. Quis non eodem hæc sensu dici fateatur? Deinde Cap. 111. 48. Deus ipse

Christum ita alloquitur : يا عيسى اذني

O *Jesu*, egote ex متوفيك ورافعك الي

statione hujus vite evocabo, (vel potius mori faciam) & ad me attollam. Nam sexcentis ex ipso Corano exemplis posset demonstrari, vocem

توفي semper *animæ à corpore discessum*, & sic

ordinariam mortem significare. Atque hoc agnoscens *Mohammed Africanus* (supra verbis Golii citatus) & *al-Zamachsharius*, (cujus verba habes apud Hottingerum loco citato p. 414.) ille quidem nugacissimum de Angelo succidaneo figmentum comminiscitur, hic vero ad futuram Christi ante diem novissimum mortem (de qua quid statuunt Muslimi statim explanabimus) confugere cogitur. Sed ita mani-

festa vis textui infertur, quia illam رفع

sublationem Christi de priori in cœlos adscensu
constanter cæteri explicant. Patet ergo nequa-
quam Mohammedem in Alcorano negare Chri-
sti mortem, sed eam potius allegatis locis innue-
re. Hinc quisquis auctor fuit actorum Sergii

Monachi (quem *بحيرا Bohiram* vocant A-
rabes) famosi illius Mohammedis præceptoris,
hoc modo eum introducit doctrinam de morte

Christi discipulo suo inculcantem: *وان اليهود*

الذين كانوا في بيت المقدس

صلبوه علي يد رجل كان والي

عليهم من قبل ملك اليونانيين فقال

له محمد من هم اليونانيون قال

له بحيرا هم الروم وجعلوه في قبر

وقام بعد ثلاثة ايام وصعد الي السماء

BOH. *Judæi vero, qui Hierosolymis erant,*

crucifixerunt illum per præfectum suum, vices Fa-

vanaorum (Græcorum) Regis gerentem. MOH.

Quinam sunt isti Favanai? BOH. Romani.

Et collocaverunt eum in sepulchro; sed tertio

die

die surrexit, & in cœlum ascendit.

Exponendum jam est, quomodo ergo verba illa Christi, (ex Alcorani Cap. XIX.) quibus mortem suam & resurrectionem innuit, concilient interpretes Mohammedani cum falsissima sua hypothese, Christum nequaquam esse mortuum, imo in Alcorano doceri, eum sine mortis interventu in cœlos sublatum. Nempe illa referunt ad futurum ejus in terras reditum, quem loco gloriosi ejus adventus ad judicandum vivos & mortuos pessima interpolatione suis persuadere conantur. Scribunt enim impudentissimi mortalium, circa finem seculi certantibus inter se

المهدي *Antichristo* ejusque adversario الرجال

Almahdy Christum denique, a Gabriele Angelo ex cœlo secundo in terras deductum, Antichristum occisurum, uxorem Arabicam ducturum, devictisque *Jagog & Magog* quadraginta annos in terris moraturum esse. Hæc postquam prolixè & inficete admodum narravit Kefsæus, secuturam tunc Christi mortem insulsius

subjicit his verbis: فيأمر الله ملك الموت

ان ينزل عليه ويمسح برأسه حتى

يوقعه على قبر النبي صلى الله عليه وسلم

وسلم ثم ينزل ملك الموت مشموماً
 فيقول له خذ هذه الشمة يا روح
 الله فشمها فاذهب من مسكن الجنة
 فياخذها من يده فيشمها عيسى
 عليه السلام فياخذ روحه فيها صلي
 الله عليه وسلم فيبعث الله ملائكة
 من السما فيفصلونه ويكفونونه
 ويصلون عليه ويدفنونه الي جانب
 Tunc prae-

piet Deus Angelo mortis, ut descendat ad il-
 lum, ipsumque deducat ad sepulchrum Prophe-
 ta. (cui propitius sit Deus & pacem praestet!)
 Et porriget illi Angelus mortis suaveolens ali-
 quid, dicetque ei: Cape hoc odoratum, o Spi-
 ritus Dei, est enim de musco paradisi. Hoc
 quando accipiet Iesus & olfaciet, auferet in
 eo Angelus mortis animam ejus: mittetque Deus
 de caelo Angelos, qui lotum eum ferali veste
 ornabunt, dictisque super ipso precibus, sepelient
 ad

*ad latus sepulchri Domini & Propheta nostri
Mohammedis.*

Sic moriturum ajunt Christum, & ad latus sepulchri Mohammedis ab Angelis sepeliendum; resurrectorum vero die novissimo cum reliquis Prophetis & Apostolis. Exstat prolixa traditio *Ibn Abbâsi*, quam ille acceptam refert *Ibn Amâra Ibn Zeidi*, qua tota futuræ Prophetarum resurrectionis series exponitur. Fore scilicet, ut præco coram folio Dei exclamet: Ubi est Adam

الله اجدو البشر *Electus Dei, Pa-*

ter generis humani, quem manu sua Deus creavit, ipsique spiritum suum inflavit? Tunc sur-

recturum Adamum & dicturum: لبيك لبيك

Adsum, adsum, o præco Dei! ecce ego sum Adam; creavit me Deus manu sua, & spiritum mihi suum inflavit: adoraverunt me Angeli, & collocavit me Deus in paradiso, sed ex eodem propter peccatum meum juste me expulit &c. Tunc dicetur illi: Surge & prælege liberis tuis ea, quæ Deus cœlitus ad te demisit. Surget itaque & lectis voluminibus ad se demissis adorabit Deum, & omnes creaturæ cum ipso. Eadem ratione Sethum tradit, Enochum, cæterosque supra pag. 73. & 75. memoratos, ipsum quoque Servatorem nostrum, resurrecturos, letis-

etisque libris suis Deum adoratu-
ros. Ultimo
omnium Mohammedem lecto toto Alcorano pri-
mum paradysum ingressurum, Gabriele dex-
trum ejus latus, Michael sinistrum tegentibus,
præcedentibus Angelis, & Prophetis ordine se-
quentibus.

Sed ohe! fabularum jam satis est, lector, ne
Crispini scrinia lippi, imo cæcorum & plane
brutorum hominum rhapsodias, ulterius compi-
lemus. Unica tamen superest, quam in oppro-
brium Musulmannicæ gentis reticere nequeo.
Quam turpiter & olim & nostro hoc seculo sese
dederunt infructu quidam mortales, qui dogma
de SS. Trinitate & æterna Servatoris nostri divi-
nitate ab improbiſſimis hæreticis derivare volue-
runt; tam turpiter, imo turpius longe se dant
Mohammedani, sanctissimam istam & *γενέ-
σιον* doctrinam a Diabolo, patre omnis menda-
cii, arcessentes. Ipsa quidem refutatione non
eget, sed ut sua se prodant absurditate, ipsis *Kes-
sai* verbis proponatur: vos vero

Auditum admissi risum teneatis amici.

ويقال ان عيسى عليه السلام لما
رفعه الله الي السماء كان له
علامته اربعة وهم مرقس وهو
اكبرهم